

Tovazzi Giangrisostomo OFM

Compendium Diplomaticum
sive
tabularum veterum

DIGESTUM
A FR. IOHANNE CHRYSOSTOMO DE AVOLANO
ss. Domini Iesu Christi Crucifixi Servo
ac Minorita Reformato Provinciae Vigilanae

Tomus Secundus



TRIDENTI, M.D.CC.XIC

Apud Sanctum Bernardinum. 1789.

In sanctissimo nomine Domini Nostri Iesu Christi incipit¹

280. Anno Domini 1502, indictione quinta, die mercurii penultimo martii Tridenti in Contrata Burginovi, in domo infrascripti Donati, praesentibus Christophoro quondam ser Antonii de Bisagnis de villa Callavini ad praesens habitatore in Burgo Sanctae Crucis extra Portam s. Crucis civitatis Tridenti, Ioanne Antonio filio ser Laurentii de Urcis Antiquis² diocesis brixienensis, et Ioanne quondam Antonii vallis Sabii³ districtus Brixiae ad praesens ambobus Tridenti habitatoribus in Contrata Burginovi testibus, et aliis pluribus narratum fuit, quod iam annis sex, vel circa contractum fuit legitimum matrimonium inter Donam Ioannam quondam Aldrigeti olim filii ser Bartholomaei Paisani de villa Cadeni plebis Basilicae districtus Tridenti ex una, et Donatum quondam ser Ioannis de Gaudento civem et habitorem Tridenti parte ex altera per verba legitima de praesenti, et deinde carnali copula fuit consumatum. Quod tunc idem Donatus habuit a dicta Dona Ioanna, sive ser Bartholomaeo eius Donae Ioannae avo renenses 162 bonae monetae hereditario nomine in denariis, et rebus mobilibus in eorum communi concordio extimatis. Item renenses 65 pro parte domus spectantis eidem Donae Ioannae. Item unam petiam terrae clausurivae a stariis decem seminis positam in pertinentiis Cadeni, in loco ubi dicitur *in Braidon*, apud viam communem, et Gabrielem de Ceris. Item unum pratum cum hedificiis intus, videlicet molendinis, et folono, positum in pertinentiis Cadeni, in loco ubi dicitur *al Pra dal Folon*, apud rugiam, et Leonardum Paisani. Donatus autem pro dictis renensibus investivit ipsam Donam Ioannam uxorem suam super tot, et tantis suis bonis, quae bene valeant dictam denariorum quantitatem pro casu restituendae dotis.

Ioannes de Gaifis de Calavino civis, et notarius Tridenti scripsit.

Iosephus de Castello notarius collegiatus Tridenti, et civis descripsit die 25 maii 1789 ex imbrevisuris dicti Ioannis, existentibus Tridenti apud ill.mum dominum Bartholomaeum Tabarellum de Fatis de Trilaco, deputatus ab ill.mo domino Gaudentio Antonio barone de Gaudento a Turri, et Rochabruna, domino castri Fornasii, ac patricio tridentino, viroque literatissimo, et rerum patriae antiquarum amantissimo. Porro quo ad testem de Urcis Antiquis notare placet, quod in brixiana dioecesi est terra parochialis dicta *Orzi vecchi* XVII P. M. ab urbe distans, et homines 1208 numerans. Ibidem est alia terra dicta *Orzi novi Fortezza* XVIII P. M. distans a Brixia, et homines 1588 numerans cum parcho Vicario Foraneo, provisoro, ac Praetore. Alii scribunt *de Urceis*. Hinc P. Ioannes Hieronymus Gradonicus tandem archiepiscopus utinensis in *Brixia sacra*, pag. 258 habet: *Urceae novae, oppidum 18 P. M. a Brixia in Occidentem*.

281. Anno 1502, indictione, die, mense, loco et testibus praedictis, Leonardus filius ser Bartholomaei Paisani de Cadeno plebis Basilicae, ac Donna Ioanna quondam Aldrigeti olim filii praedicti ser Bartholomaei de verbo, licentia, et consensu ser Donati quondam ser Ioannis de Gaudento civis Tridenti eius mariti continue praesentis, volentes ad divisiones bonorum et hereditatis quondam Donae Catherinae dicti Leonardi matris, et praedictae Ioannae aviae pervenire, de dictis bonis duas partes fecerunt. In prima posuerunt petiam terrae *in Baidon* (sic), et partum *dal Folon*, et renenses 65 de quibus supra. In secunda vero parte posuerunt unam domum Cadeni tegulis coopertam, cum una petia terrae. Item unum vineale *alla Pontara de Campermai*. Item unam petiam terrae *alla Sega*, unum patum *al Folon*. apud ser Bartholomaeum patrem praedicti Leonardi. Prima pars devenit dictis iugalibus; et secunda dicto Leonardo.

¹ Coepi die 9 iunii 1789.

² *Orzi vecchi*, pagus parochialis dioecesis brixienensis 17 P. M. a Brixia dissitus, t 1208 homines numerans anno 1786.

³ *Sabbio*, pagus parochialis 17 P. M. a Brxia distans, et homines 735 numerans anno 1786. *La Valle Sabbia* dioecesis brixienensis dicto anno 1786 numeravit homines 13.540: ex Diario brixiano anni 1786.

Ioannes de Gaifis notarius scripsit; et Iosephus Franciscus de Castellis notarius descripsit ut supra.

282. Anno 1502, die sabati 24 aprilis indictione 5, Tridenti in Contrata s. Mariae Maioris, in domo Ioannis de Gaifis de Calavino notarii, praesentibus Dominico quondam Christophori de Gaifis de Calavino eiusdem plebis et districtus Tridenti, et Francisco filio Dominici Pedrini de Lasino plebis Calavini testibus, emendatus fuit error numeralis in dictis divisionibus Paisanorum commissus; sed hic non expressus.

Ioannes de Gaifis notarius scripsit.

283. Anno 1502, indictione 5, die sabbati 26 martii Tridenti in Contrata Burginovi, in domo ser Donati infrascripti, praesentibus Ioanne quondam magistri Martini sartoris, Matthaee quondam Gothardi ad Portam Aquilae ambobus civibus Tridenti, et magistro Corrado pilipario quondam magistri Ioannis de Baivaria⁴ ad praesens habitatore Tridenti testibus, et aliis, narratum, quod Catherina filia quondam Lunardi de Cadeno matrimonium olim contraxit cum ser Bartholomaeo de Paisanis de Cadeno, et Francisca dicti quondam Lunardi pariter filia cum ser Guielmo de Paisanis fratre dicti ser Bartholomaei. Quod hereditas Catherinae divisa fuit in duas partes, videlicet inter Leonardum filium dicti ser Bartholomaei et Ioannam quondam Aldrigeti de Paisanis. Bona fuerunt una domus Cadeni cum una petia terrae contigua. Una petia terrae *alla Roza over al Molin*, apud ser Antonium Fadanelli, et haeredes Melchioris Fadanelli, et heredes Bartholomaei de Fraschetis. Item unum pratum *alla Sega da la Roza*, apud rugiam, et Zampetrum Castellani. Item una petia terrae *a la Sega*, apud Melchiorem Palatroni. Item unum vineale *alla Pontara de Campermar* (sic). Item unus ortus Cadeni apud Baldessarem de Val de Baselga. Item una petia terrae *alle Rozole* apud Antonium Odorici, et Christophorum de Marchetis. Una petia terrae *in Coltura* apud Guarardum de Marchetis, et Franciscum Nassimbeni. Una petia terrae *al Dos* apud Petrum quondam Leonardi Pasini. Una petia terrae *al Pozo*. Unus affictus unius brentae, et unius starii vini, qui solvitur per Bernardum quondam Melchioris Nassimbeni de Cadeno. Quae quidem bona evenerunt dicto ser Bartholomaeo. In secunda parte posita sunt bona sequentia. Una domus Cadeni cum terra contigua. Unum pratum *al Pra del Folon*. Unum vineale *alla Pontara*. Una petia terrae *in Braidon*. Haec pars evenit dictis Leonardo filio ser Bartholomaei Paisani, et Ioannae quondam Aldrigeti Paisani, et Donato eius marito.

Ioannes de Gaifis notarius scripsit.

Iosephus Franciscus de Castello notarius transcripsit elegantissime die 25 maii 1789. Libellum haec omnia continentem mihi perhumaniter videndum exhibuit die 6 iunii 1789 laudatus ill. mus baro de Gaudento: adiecta pagella continente gentiles, quos decerpsit ex antiquo *Repertorio sive summano Gentilium* existente in archivo civico Tridenti sub num. 2127. Hi sunt *Zentili de Cadeno*.

1. Aldrighetto Paissano
2. Francesco Paissano
3. Leonardo Paissano
4. Pero Paissano
5. Bortolame Paissano
6. Zuan Maria Paissano
7. Zuan Paissano
8. Bortolame Paissano, nullusque alius⁵.

Zentili de Terlago.

H.⁶ de ser Antonio Gislumberto

⁴ idet Bavaria.

⁵ Quidam Bortolo Paissan di Terlago vivit hoc anno 1789 sic dictus in Ephemeridibus Tridentinis 9 iunii 1789.

Pellegrino Paissano
Andrea de Castello
Antoni de Castello
Messer Paulo Gislimberto
Andrea quondam Zuan Tabarello
H. de Bortolame Tabarello
Andrea Gislimberto
Tome Tabarello
Gaspar Tabarello
Zuan pol Paissano
Francesco Tabarello
Andrea Tabarello, et alii multi

284. Anno 1574, die martis 23 februarii, post dominicam quinquagesimae ac ultimo bacchanaliorum, Frater Gabriel Alexandrus bergomas, Ordinis Praedicatorum, episcopus Galesanus, ac suffraganeus Tridenti, dedit literas tenoris subsequentis:

"Gabriel Alexandrus Sacrae Theologiae doctor, et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Galesanus pro ill.mo et rev.mo domino Ludovico Madrutio cardinali episcopo tridentino suffraganeus et in spiritualibus Vicarius generalis, Universis et singulis Christi fidelibus has praesentes inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod Nos die XXIII mensis februarii MDLXXIII cooperante Spiritu Sancto, iuxta ritum S. Romanae Ecclesiae devote dedicavimus et consecravimus altare in capella sita et fabricata in domo illustrium comitum Archi Roboreti dioecesis tridentinae, ad laudem Dei omnipotentis et beatae Mariae Virginis, in honorem s. Bernardini, in quo altari reliquias sanctorum Lucae Evangelistae, Tiburtii et Valeriani martyrum, et Sanctae Mariae Magdalenae recondidimus. Cupientes igitur, ut dictum altare congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus iugiter veneretur, et ut eo libentius ad ea se conferant loca, quo uberiori gratiae dono conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei et beatae Mariae Virginis, ac sanctorum Petri et Pauli Apostolorum misericordia, et Sedis apostolicae autoritate nobis in hac parte attributa et concessa, omnibus et singulis vere poenitentibus, et confessis, ac contritis, ac illa visitantibus in die sancti Bernardini Confessoris, quae erit XX maii, dies octuaginta Indulgentiarum dicta auctoritate nostra apostolica, qua fungimur, de iniunctis sibi poenitentiis misericorditer in Domino duximus relaxandum, tenoreque praesentium relaxamus, praesentibus nostris perpetuis temporibus valituris etc. In quorum fidem. Datum Roboreti die, anno, et loco quo supra etc.

L.S. Ad mandatum Rev.mi Domini Episcopi Presbyter Aloysius Vigilius vicecancellarius".

Nota. Sic habet apographum instrumenti huiusmodi. De consecratione iam dixi in edito catalogo Suffraganeorum cap. 23, in manuscripto Episcopario suffraganeali cap. 23 et in Vicariali Trid. cap. 44. Praefata domus, dicta palatium, sita est Roboreti apud Paganinos, supra viam publicam, et regiam, habetque a meridie palatium olim petronianum. Spectavit ad moniales reformatas Ordinis Sanctae Clarae monasterii sancti Caroli Roboreti usque ad februarium anni 1782 quo Iosephus secundus, proh dolor! una cum prope infinitis aliis monasteriis, ecclesiis, locis piis, confraternitatibus, devotionibus, christianis exercitiis etc. ipsum suppressit, bonis eius ad se revocatis.

285. Anno 1572, die 20 maii Candidae in insula Cretae scriptum fuit testamentum sequentis tenoris: + In Christi gloriosissimi nomine amen. Anno eiusdem Nativitatis M°.DLXXII, die XX maii Candidae insulae Cretae. Conciosia cosa che nissun d'imortali non

⁶ H. idest *Heredi*

habbia visto l'hora della morte, imperò io Lodovica figliola del quondam messer Pirin d'Albon della città de Trento, et relitta de ser Benetto Polverol del Castelfranco, al presente esistente qui in Candia inferma nella persona, ma sana mente (sic) Dei gratia, ho fatto chiamar il presente notario della imperial autorità Manea Samoro per far l'ultima mia ordination, imprimis lasso a tutti li christiani la perdonanza, et raccomandando l'anima mia nelle man dell'Omnipotente Iddio, et per mio vero et legitimo comessario lasso messer Zuan Antonio di Faneli da Carzinato di Bressano. Item voglio, che la mia persona sia sepolita nel monasterio de san Pietro in la città di Candia, il mio residuo veramente de tutto che al presente me attrovo, et de tutto quello, che mi aspetta per ogni via et forma, stabeli, et mobeli, lasso al predetto comessario messer Zuan Antonio di Faneli da Carzinato caporal del capitano Horatio Rivolta da Chastion, per l'anima mia. Interrogata da questo nodaro se voglio dire, overo ordinare altro, dissi de non, salvo che questo mio testamento sia fermo, ratto, et irrevocabile, et che il sudetto mio commissario habbia autorità di eseguire tutto quello per mi di sopra ordinato in praesentia di questo nodaro et testimonii infrascritti, quali manu propria sottoscriverano.

Io Cesare Falconi figliolo de messer Io. Angelo Falconi da Mantova fui presente testimonio pregato alle cose soprascritte, et de mia mano scrissi.

Io Piero Rivolti figliolo de messer Alexio Rivolto da Castion fui presente ut supra.

Io Battista Zolla figliolo del quondam Steffano Spicier alle 3 Lune de Rialto da Venetia⁷, fui presente testimonio al quanto di sopra et de mia mano scrissi.

Del 1572 li 21 mazo in la città de Candia facio fede io Manea Samoro noder imperial talmente che sotto di ditto morse la soprascritta testatrice Madona Lodovica de età de anni 55 incirca, la qual fo longa de fazza, con un segno al brazo sinistro, i denti garndi, et fu seppelita nel monasterio di santo Pietro, iuxta la sua ordination. Testimonio Francesco fiol da Vigo di Perun da Travizol de Verona, messer Steffano di Morignaga de Rivera de Sallon, quondam ser Domenego, soldato della detta compagnia, et messer Francesco di Barboi quondam messer Toni da Cias (sic) sotto Trento soldato della ditta compagnia. *NB. Hactenus una tantum manus scripsit.*

S. N. Ego Maneas Samoro publicus imperiali auctoritate notarius manu propria subscripsi et roboravi.

Nos Marcus Grimani dux Cretae cum nostro consilio universis et singulis fidem facimus, et attestamur, suprascriptum ser Maneam Samoro esse notarium publicum bonae opinionis et famae, scripturis cuius hic plena fides datur, et ubique locorum dari potest. In quorum fidem etc. Datum Candidae die VI iunii 1572.

L.+S. Io. Siligardo not. Cancel.

Duc. or. de mand.

Nota. Membrana haec est in archivo Cazuffiano sub numero a me addito 467. Notas heic subdere opportunas, temporis angustia vetat. Lege et seq.

286. Anno 1573, die 12 decembris scripa fuit sequens chartula in membrana. Attestor ego Nicolinus de Magistris notarius, ac notarius Communis et hominum terrae de Calcinado diocesis brixienensis, et etiam ex commissione mihi data per dominum Simonem de Marinis, dominum Iacobum de Clericis consules, nec non dominum Vincentium de Magistris, et dominum Ioannem Mariam de Rosis syndicos praedictae terrae, ser Ioannem Antonium de Fanellis de Calcinado praedicto latorem praesentem (sic), fuisse et esse eundem met commissarium substitutum per dominam Ludovicam filiam quondam Perini de Albon civitatis Tridenti, et pro ut de ipsius ser Ioannis Antonii commissione et delegatione sibi facta aparet in ultimo testamento praedictae dominae Ludovicae rogato per dominum Maneam Samoro notarium publicum in civitate Candiae cum eius legalitate sub die vigesimo maii anni millesimi quingentesimi

⁷ Ill.mus, ac rev.mus dominus presbyter Iosephus Zolla brixienensis, fuit anno 1785 et est hoc anno 1792 publicus professor historiae ecclesiasticae in universitate papiensi, et Rector magnificus regii collegii germani Hungarici; sed pessimus.

septuagesimi secundi per me notarium suprascriptum, et infrascriptum viso, et lecto. In quorum fidem etc. Calcinati die duodecimo mensis novembris 1573.

L+S. Ego Nicolinus filius quondam domini Pasini de Magistris de Calcinado notarius publicus attester et fidem facio in omnibus suprascriptis, signo meo apposito consueto.

Gabriel Emo Brixiae, et districtus capitaneus, universis et singulis praesentes inspecturis fidem indubiam facimus, et attestamur, suprascriptum ser Nicolinum de Magistris fuisse et esse publicum, legalem, et autenticum notarium brixiansem, cuius scripturis, et instrumentis publicis hic plena fides adhibetur, et merito ubique adhibenda est. In quorum fidem etc. Brixiae die 13 novembris 1573.

L+S. Ioannes Bontempus

Not. ord.

Nota. Et haec membranula est in archivo Cazuffiano a me signata num. 468. Quoad cognomen Ludovicae animadverto, quod anno 1501 vixit Tridenti *ser Iacobus dictus del Bon civis Tridenti*, ex meo Spicilegio Cazuffiano sub num. 09. Quoad testem Franciscum Barboium testor, quod anno 1521 vixit *Franciscus Barboi de Ciago*, ex citato Spicilegio num. 450. Unde etiam Samorus debuisset scribere non *Cias*, sed *Ciag*. Terra Calcinati, dicta vulgo *Calcinato*, est parochialis, distans a Brixia X P. M., habensque 3.140 circiter habitatores. *Candia, città capitale dell'isola di Candia* latine dicitur *Cyteum* in Dictionario geographico portatili domini Vosgenii, et ab aliis. Sed videsis Baudrandum verbo *Cytaeum*, Paruit olim venetis, qui eam emerunt a marchione Montis Ferrati anno 1194 eamque Turcis aegre cesserunt anno 1669, die 16 septembris. Metropolis latine *Candida* dicta fuit a notariis supra memoratis. *Castel franco* est terra dioecesis tarvisinae. *La Famiglia Bona* est una ex antiquioribus civitatis Tridenti in Albo civium.

287. Anno 1566, indictione 9, die 10 ianuarii Tridenti scripta fuit listula bonorum mobilium, quae ultra dotem pecuniariam data sunt nobili dominae Catherinae filiae quondam domini Vincentii Cazuffi civis Tridenti et uxori nobilis et excellentis iuris utriusque doctoris domini Ioannis Baptistae Calavini a peritis duobus aestimata. Haec dicuntur:

	Ragnesi	libre	grossi
Una vesta de raso cremesino stimata	24	6	-
Un satin bianco con colletto, et manege	12	-	-
Un mochaia de grana con collet, e maneghe	15	-	-
Una vesta morella de grana con un grop	14	-	-
Una vesta de panno ranzato con manega	4	-	-
Una bareta de veludo con quindese rosete d'or	5	-	-
Diece camise nove de lino, et altre drapamente	40	-	-
Una filza de perle	6	-	8
Una caderina a rosete d'or pesa scudi 13½	20	3	6
Coralli per brazaletti	2	2	-
Una filza de coralli cum 18 botoncini d'or	6	-	8
Un zoiel d'or cum diamante a facete, et una perla grossa	18	-	-
Summa	167	3	10

Aestimatores fuerunt magister Franciscus Cerrus, Vincentius sutor, et magister Antonius Palatius de Ripa aurifex cives, et habitatores Tridenti.

288. Anno 1473, die 20 novembris, Romae Sixtus quartus papa franciscanus edidit Constitutionem sequentis tenoris: Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Sacrasancta romana Ecclesia sub religionis habitu Domino famulantes ex assuetae pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne indebitis agitentur molestiis, tanquam pia mater opportunis favoribus confovere. Sane pro parte dilectorum filiorum universorum fratrum, et dilectarum in Christo filiarum universarum sororum Tertii Ordinis beati Francisci de

Poenitentia nuncupati per Italiam consistentium nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet plures summi Pontifices praedecessores nostri diversa et plura pro immunitatibus eorum concesserint privilegia, et pluras solemnissimi utriusque iuris doctores teneant, quod ipsi fratres et sorores debent gaudere libertate et immunitate ecclesiastica, ut personae religiosae; nihilominus communitates, civitatum potestates, aliique officiales saeculares locorum Italiae non cessant in dies nova eis tam in rebus, quam in personis indicere gravamina libertati ecclesiasticae contraria. Quare pro parte eorundem fratrum, et sororum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eisdem communitatibus, potestatibus, et officialibus ne huiusmodi gravamina eis inferant inhibere, aliasque eis super hoc opportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, communitatibus, potestatibus, et officialibus praefatis sub excommunicationis latae sententiae poena eo ipso per potestates, et officiales ipsos, ac singulares personas earundem communitatum, si contra fecerint incurrenda, ne eisdem fratribus, et sororibus gravamina aliqua libertati ecclesiasticae contraria indicere, aut ipsos fratres et sorores quominus gaudeant privilegiis, et immunitatibus tam fori, quam personae, et rerum, sicut aliae personae ecclesiasticae quomodolibet impedire praesumant, auctoritate apostolica praesentium inhibemus. Et nihilominus universis, et singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis locorum ordinariis, ac quibuslibet personis in dignitate ecclesiastica constitutis, nec non patriarchalium, metropolitanarum, et aliarum cathedralium ecclesiarum canonicis pro tempore existentibus in civitatibus, et locis praedictis, et cuilibet eorum, qui desuper fuerint requisiti ab aliquo fratrum, seu sororum praedictorum, per apostolica scripta mandamus, quatinus (sic) praemissa ubi, et quando eis expedire videbitur, solemniter publicantes, non permittant eosdem fratres et sorores contra inhibitionis nostrae huiusmodi tenorem per quoscunque quavis auctoritate indebite molestari, et illos, quos propterea huiusmodi excommunicationis sententiam incurrisse eis constiterit, excommunicatos nuntient, faciantque ab aliis nunciari, et ab omnibus arctius evictari (sic), donec ab huiusmodi indebitis molestiis per eos dictis fratribus et sororibus illatis cum effectu destixerint. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis, nec non locorum municipalibus Statutis iuramento, consuetudine, constitutione, seu confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate vallatis contrariis quibuscunque. Seu si aliquibus communiter, vel divisim a Sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum quia difficile foret praesentes litteas ad singula loca, in quibus fratres, et sorores praedicti illis indigerent deferre, volumus, et praefata auctoritate decernimus, quod earum transumpto manu notarii publici, et Curiae causarum Camerae apostolicae alicuius episcopalis, vel archiepiscopalis sigillo munito, ea prorsus in iudicio, et extra ubicunque exhibitae, vel ostensae fuerint, fides adhibeatur, ac si ipsae originales litterae forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae inhibitionis, mandati, voluntatis, et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, duodecimo Kalendas decembris pontificatus nostri anno tertio.

Duplicata per P. de Spinosis.

L. Grifus
M. de Sole

In Christi nomine Amen. Anno Circumcisionis eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, indictione sexta, die quinto mensis septembris hoc est exemplum, sive transumptum per me Franciscum de la Strucha subscriptum notarium ex authenticis litteris Sanctissimi Domini Domini Sixti olim Papae defuncti suo solito sigillo munitas (sic), et sugellatas (sic) Bulla plumbea cum cordula sericis (sic) crocei, et rubei coloris impendenti more Romanae Curiae, et in forma autentica et solempni fuit in praesentia reverendi decretorum doctoris domini Lucae de Arimondis dignissimi Vicarii rev.mi in Christo Patris, et Domini

Bonfrancisci de Arlotis dignissimi episcopi regiensis et principis, a me ipso Francisco de la Strucha, et aliis notariis infrascriptis diligenter cum autentico auscultatum. Et cum idem venerabilis Pater praefatus dominus Vicarius antedictus cognoverit illud cum ipsis autenticis litteris concordare, ut de cetero ipsi exemplo, et transumpto plena fides adhibeatur, suam, et Curiae episcopalis regiensis auctoritatem interposuit, pariterque decretum. Et illud solito sigillo (sic) praefati domini episcopi impressione (sic) muniri in praesentia venerabilium virorum domini Baldesserae (sic) de Taculis, et Ioannis Petri de al Plebe de Sanco Valentino presbyterorum regiensium ad haec testium adhibitorum, vocatorum, et rogatorum.

L+S. Ego Bernardinus filius quondam Iohannis de Biso publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptum exemplum sumptum et extractum ex autentico originali litterarum apostolicarum per suprascriptum ser Franciscum de la Strucha etc. Ideo me hic in fidem praemissorum de mandato praefati domini Vicarii subscripsi, signumque mei tabellionatus apposui consuetum.

L+S. Ego Ioannes Marchus de Arlottis filius quondam praestantis viri magistri Venturae notarii regini, publicus imperiali auctoritate notarius hoc esemplum sive transumptum diligenter auscultavi coram praefato domino Vicario, et quia etc. me subscripsi etc.

L+S. Ego Simon filius quondam nobilis et egregii viri Francisci de Boionibus civis Regii, de Vicinia sancti Raphaelis, publicus imperiali auctoritate notarius etc. me subscripsi etc.

L+S. Ego Franciscus filius quondam Antonii de la Strucha civis et habitator civitatis Regii, Viciniae Sancti Petri, publicus imperiali auctoritate notarius hoc exemplum, sive transumptum suprascriptum ex autenticis litteris apostolicis etc. Et postmodum in praesentia praefati domini Vicarii rev.mi domini episcopi regini pro tribunali sedentis ad eius solitum banchum iuris Curiae episcopalis regiensis positum apud scallas, per quas ascenditur ex ecclesia regiensi in palatium praefati domini episcopi, et eius episcopatus, cum suprascriptis Bernardino de Biso, Ioanne de Arlotis, et imone de Boionibus notariis publicis regiensibus diligenter auscultavi etc. me subscripsi etc.

L+S. Episcopi Regini, rotundi,
cerae rubrae impressi, et integri.

Nota. Membrana est in archivo cazuffiano Tridenti, a me signata num. 510. Eam sibi procuravit dominus frater Thomas Cazuffus Tertiarus, de quo supra T. I, num. 263, 267, et saepissime in meo inventario cazuffiano, et citatum To. I num. 261, 262. Eam seorsim in theca propria custodire consuevit. Notandus stilus papalis dicendi *Dilectus Filius Frater*, et *Dilecta in Christo Filia Soror*, etiam in Constitutione hac servatus. Notandum pariter illud *Anno Circumcisionis Domini*, quod nusquam alibi ego legi. Charta haec servare poterit pro catalogo episcoporum regiensium apud Ughellum To. 2, col. 313, ubi episcopus ab anno 1478 usque ad annum 1508 dicitur *Bonifacius Arlotus nobilis Regiensis*, cui epitaphium posuerunt *Marcus frater*, et *Ventura nepos*. Subdit tamen Ughellus, quod regienses scriptores *non Bonifacium sed Bonfranciscum* nominant⁸. Pro notario *de Biso* facit, quod apud citatum Ughellum col. 312 post annum 1466 habetur *Ioannes Baptista Bisius notarius Regii*. Pro *Taculo*, quod ex eodem Ughello *Dominus Gaspar de Taculis* fuit canonicus Regii anno 1466; quod *Oliverus de Taculis* regiensis vixit anno 1136. Inter scriptores recensetur comes Nicolaus Taculus regiensis, qui anno 1748 edidit *Monumenta Historica Civitatis Regii*.

289. Anno 1372 episcopus Tridenti dedit sequentem investituram: In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, indictione decima, die vigesima quarta mensis novembris, pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, ac domini nostri Domini Gregorii divina providentia Papae undecimi anno secundo, Tridenti in castro Boni Consilii, in stuba magna superiori dicti castris, praesentibus discretis, et

⁸ Hermolaus Arlottus de Regio Lombardia Vicarius generalis episcopi brixienensis anno 1574, et iterum anno 1580. Fuit insuper archipresbyter Bedizolitanus (*di Bedizzole*) in dioecesi brixiana. Laudatur *nei Sentimenti di s. Carlo*, pag. 122.

honorabilibus viris domino Iacobo plebano in Lemano diocesis tridentinae, Stephano quondam Guilielmi de Mecklo, Onyaboni (sic) de Pairo, Tomeo quondam ser Marchi de Catzuffo, Francisco de Molveno, notariis, et habitatoribus Tridenti, testibus, et aliis pluribus. Coram reverendi in Christo patris, et domini domini Alberthi Dei et apostolicae Sedis gratia episcopi tridentini comitis in Ortenburg praesentia constitutus discretus vir Henricus dictus Pulcher civis tridentinus pro se et procuratorio nomine dominae Helisabethae filiae quondam Azelini de Castro Campi uxoris suae, refutavit et libere resignavit cum manibus suis in maibus ipsius domini episcopi feudum infrascriptum, videlicet decimam unam unius petiae terrae vineatae iacentis in pertinentiis Tridenti in loco ubi dicitur *in Mesiano* ad Dossum Graffiani apud dominum Agrippium quondam domini Nigri de Tridento, apud aquam Salielti, et apud alios confines eius, ad hoc ut idem dominus episcopus investire dignaretur, et debebat discretum virum Simonem de Castro Campi notarium habitatorem Tridenti de feudo ipso, a quo Simone idem Henricus Pulcher refutator confessus fuit se habuisse et recepisse tredecim ducatos auri boni valoris et iusti ponderis, pro omni iure, quod dictus Henricus Pulcher, eiusque uxor domina Helisabetha praedicta, ipsorumque heredes habuerunt, et habebant, seu habere poterant quoquo modo in ipso feudo et decima praedicta etc.... Qui dominus episcopus studens pro viribus suis, et volens ecclesiae tridentinae bonos et utiles vassallos augmentare etc.... ipsum Simonem flexis etc. investivit etc. etc.

Et Ego Ioannes quondam Chunradi de Novacella clericus brixinensis diocesis imperialis auctoritate notarius publicus, praedictis omnibus etc.

Ex authentico in parte et partibus deumptum fuisse testatur Iosephus Franciscus de Castello notarius.

Nota. Ita prorsus habet folium hac die 22 augusti 1789 scriptum, et subscriptum, desumptumque ex Tomo 2 Collectionis clesiane, seu Bernardi Clesii tridentini episcopi iussu factae ab eleganti quidem librario, sed imperito, et negligenti, Documentum propria manu descripsit mei gratia, etsi non rogatus, ill. mus dominus baro Gaudentius Antonius de Gaudento, et ad me attulit notarius Castellius: Infra num. 307. Sed pro in *Lemano* legendum in *Leunano*, pro *Onyaboni de Pairo* legendum *Ognabeno de Paho*, et pro *Salielti* legendum *Salethi*, vel *Saleti*. Alias pro *Azelini de Castro Campi* ego legi pluries *Ezelini*, et pro *Henricus dictus Pulcher* maritus dictae dominae Elisabethae, *Henricus dictus Pocher Teutonicus* in alio exemplo dictae venditionis anni 1372 et alibi. In meo exemplo vineale dicitur situm apud Tridentum ad *Dossum Presbyterorum in Mesian*. Vide nostrum Catalogum Praetorum Trid. pag 21, 122 et 136.

290. Anno 1574 dominus Andrigetus Gaudentus notarius tridentinus scripsit: Confesso mi Andrigeto Gaudento notaro in Trento haver riceuto da le Reverende Madri de la Santa Trinità di Trento Ragnesi desdoto per conto de la mie mercedi meritate con mio fio⁹ in la causa, e cause agitate contra Misser Philippo da Verona, como consta per il Processo rogato per Misser Gothardo da Terlago notaro in Trent. Et in fede ho scritto adi 5 Zenar 1574.

Andrigetus Gaudento etc.

291. Anno 1519, indictione 7, die mercurii 2^o martii in civitate Tridenti, in stuba infrascripti M. D. Andreae, praesentibus domino Filipo da Facinis¹⁰, et Antonio Mayo quondam Bartholomaei portitore habitatoribus Tridenti testibus. Ibi que Franciscus quondam alterius Francisci Giroldi Parolarii civis Tridenti praesens exposuit, quod sui antecessores olim habuerunt monumentum in capella Sancti Antonii situata in ecclesia sancti Bernardini: quo monumento ipse Franciscus frui non vult, quia locus sit sinister. Item etiam, quia filios non habet, nec ascendentes. Et ad hoc nec domini fratres illius possint, vel... debeant eum (sic)... in sepulchrum. Ex nunc propter amicitiam, quam habet cum magnifico domino Andrea de Regio

⁹ Iosepho Gaudento iuris utriusque doctore.

¹⁰ Dominus Filipus de Facinis civis et habitator Tridenti fuit Tridenti etiam die 3 martii an. 1524, ex Spicilegio cazuffiano, 199.

iuris utriusque doctore praesente, et propter beneficia ab eo iam accepta, per se, et haeredes eius cessit, donavit, et transtulit dicta eius iura eiusdem sepulchri, et lapidum eius, quae habebat, vel habet, ipsi magnifico domino Andreae praesenti et recipienti. Et hoc nominatim ex benevolentia, et pro florenis duobus renensibus, ibidem sib exbursatis, et datis sibi Francisco. Et ad maius robur praemissorum iuravit, licet minor.

Ioannes Iacobus Callavinus notarius rogatus scripsi.

Nota. Chartam hanc ipsius notarii manu scriptam in dicta domo doctoris Andreae, mihi donavit ill. mus dominus Bartholomaeus de Fatis Trilaco Tabarellus hoc anno 1789, die 25 octobris. Porro ser Girolodus Parolarius civis Tridenti vixit anno 1492¹¹. Dominus Baptista Girolodus de Tridento, possesor in pertinentiis Comasini vallis Solis vixit anni 1520 et 1528. La Giroloda interfuit solemnibus nuptiis nobilis domini Victoris Tabarelli Tridenti anno 1540. Anna Giroloda pariter interfuit Tridentino triumpho anno 1547. Familiae Girolodae mentio nulla est in Fastis civium, et consulum Tridenti. De Andrea Regio dixi in Bibl. Tirolensi. Anno 1490 vixit Tridenti providus vir magister Girolodus a Parolis filius quondam magistri Antonii a Parolis de Tridento civis et habitator Tridenti. Anno 1509 Girolodus filius quondam Bartholomaei Parolarii civis, et habitator Tridenti.

292. Anno 1785 circiter conscriptoribus regis Iosephi secundi ab aulica cancellaria tridentina dati fuerunt tres catalogi sequentes:

Catalogo dei nobili titolati nella città di Trento.

Alberti Conte di Colico
Conte Alberti di Enno
Conte Alberti di Poia
Barone Altenburgher
Barone Bordogna de Taxis
Conte Bortolazzi¹²
Barone Cresseri
Conte de Fatis de Terlago
Barone Gaudenti di Roccabruna
Barone Gentilotti d'Engelsbrunn
Barone Klotz, comes ab anno 1790
Conte di Lodron
Conte Melchiori
Conte Mancini d'Ebenheim
Barone a Prato
Conte Sizzo de Noris
Conte Saracini¹³
Conte Thunn
Conte Trapp
Barone Trentini
Conte de Wolkenstein

Catalogo dei nobili non titolati nella città di Trento.

Alessandrini di Nevenstein
de Angelis
Dall'Avo

¹¹ Anno 1786 Vincentius Girolodus fuit unus ex advocatis fori civitatis brixianae laureatis in studio paduano.

¹² Anno 1794 Bartholomaeus filius comitis Ludovici Bortolatii factus est eques Ordinis Militaris s. Stephani regis Hungariae.

¹³ Terlaghi: vedi *Fatis*

Baldovini. Comites ab 1790 Baptista et Bartholomaeus
Battaglia
Bertelli
Bianchi
Busetti
Ciurletti. Comes ab anno 1790 Antonius
Cazzuffi
Consolati. Comites 1790
Crivelli, comites ab anno 1790
Colleva
Egen
Eccheri
de Fatis Terlago Tabarelli. Comites ab anno 1790
Girardi di Pietra Piana
Guarienti
Gentilotti d'Engelsbrunn
Giovanelli. Comites ab 1790
Guarinoni
Graziadei. Comites ab 1790
de Hieremiis
Lupi
Lutti. Comites ab 1790
Malfatti
Manci
Marchiori
Particella
Pompeati. Comites ab 1790
Pace
Ricci
Rossi
Schrattenberg
Salveti. Comites ab anno 1790
Sardagna. Alii comites ab anno 1790
Schreck
Tabarelli: vedi de Fatis
Triangi. Comites ab anno 1790
Travaglia
Voltolini. Nicolaus comes ab anno 1790
Zambaiti. Comites ab anno 1790, Franciscus
Zambelli. Comites ab anno 1790, Baptista
Zendroni
Zucchelli

Catalogus dei nobili vescovili nella città di Trento.

Bernardi Zetta
Cesare
Ceschini
Gressel
Rensi
Tosetti. Tosetti sunt origine viterbienses

Hosce tres catalogos ultro mihi exhibuit ill.mus, ac generosissimus dominus baro Gaudentius Antonius de Gaudento, alibi iam laudatus, die 29 octobris hoc anno 1789. In iisdem

catalogis desiderantur alii nobiles tridentini, quia tales non agnoscit Aulica tridentina cancellaria. Inter eos sunt baro Messina, baro Battalea, comes Guarientus, comes Pacius, Mersii, Donati, Turcati, Roboreti, Saraceni, Paurnefndt, Bassetti, Sittii, Benigni, Corazini, Folea de Vezanhof¹⁴, Cimonati de Petra Mortua, Planer de Plann. Ac forsitan alii.

293. Anno 1379 scripta fuit charta sequentis tenoris: Statuta, et ordinationes factae super facto Pontis Atacis civitatis tridentinae.

L+S. Anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, indictione secunda, die dominico XXII^o mensis madii Tridenti in episcopali palatio, in pleno Consilio, praesentibus domino presbytero Bonapasio de Novaria, domino presbytero Tomasio quondam Florini, domino presbytero Valentino quondam Ioannis Bayle, domino presbytero Iorio quondam Beni merzarii, et domino presbytero Gerardo quondam Colonbini, omnibus capellanis in ecclesia sancti Vigili de Tridento, ac domino presbytero Benevenuto de Brixia plebano ecclesiae sanctae Mariae Maioris de Tridento, ser Vochexo quondam ser Gislemberti de castro Madrucci, magistro Stephano artis grammaticae professore, Bartholomaeo quondam Bonaverii de Pao famulo ser Ognabeni notarii de Pao civis Tridenti, Bonapasio de Vezano quondam Armanini, et Bernardo quondam Iacobi de Cavedato (sic)¹⁵ Belluni, Francisco quondam Ioannis de Padua, et Antonio quondam Bonvesini de Rovredo famulis domini Vicarii infrascripti, ac Pontebono quondam ser Venturini de Brixia familiari domini Bonaventurae iudicis de Calapinis de Tridento, testibus vocatis et aliis quampluribus testibus rogatis, et vocatis. Ibidem constitutis, congregatis, et adunatis consiliariis, hominibus, et universitate Communis dictae civitatis Tridenti ad sonum campanae more solito pro infrascriptis Statutis et ordinamentis celebrandis, habita prius saepe et saepius delieratione et tractatu, et in qua congregatione fuerunt plus quam duae partes hominum dictae universitatis qui debuerunt, et consueverunt talibus et similibus interesse, volentes statuere de rebus suis, et ad ipsorum curam et administrationem spectantibus, prout etiam semper in huiusmodi consueverunt, et maxime cum infrascripta respiciant pietatem, et publicam utilitatem. Cum pons civitatis praedictae situs intra unam portam et aliam sancti Laurentii super flumen Atacis, per quem publice transitur, constructus, aedificatus maximis expensis dictae communitatis, sit ut plurimum tortus et desstructus, ut de se patet, propter lignamina, et rates percutientes in pillis et aedificiis dicti pontis, incuria, et negligentia ratiariorum, et dominorum lignaminis, adeo quod nisi provideretur posset pons ruere, et in totum destrui, quod enorme et publicum dampnum foret¹⁶. Quare dicti cives et commune, facta prius ipsis in dicto loco propositione si eis placebat quod infrascripta statuta essent, et quod¹⁷ omnes unanimi voce, et consensu responderunt quod sic, praesenti decreto in perpetuum valituro, provide statuerunt, et ordinaverunt, quod quaecumque, et quotiescumque aliquod lignamen quomodocumque percusserit aliquo tempore in aliqua pilarum, seu aliquo aedificio, aut lignamine dicti pontis, quod pro qualibet rate percutiente, et pro qualibet vice ratiarius, vel dominus ratis, seu lignaminis quicumque sit ille, masculus vel femina, alienigena, vel terrigena, in electione communitatis Tridenti, solvat dictae communitati, seu eius procuratori pro ea libras quinquaginta denariorum parvulorum, et pro qualibet zata percutiente viginti quinque libras denariorum parvulorum, et pro quolibet plancono viginti solidos denariorum parvulorum, et pro qualibet bora decem solidos denariorum parvulorum, et dampnum et interesse dicti pontis ultra dictas poenas, et quamlibet earum. Item quod quicumque ducens ratem, vel lignamen per flumen Atacis praedicti teneatur et debeat antequam apulat ad dictum pontem, et ipsius pertinentiis notificare procuratori dictae communitatis, vel capitaneo portae sancti Laurentii praedicti eventum dicti ratis¹⁸, seu lignaminis conductum sub poena, et in poena viginti quinque

¹⁴ Foglia origine veronenses.

¹⁵ Civedalo.

¹⁶ Combustus fuit a Francis anno 1797 die 4 novembris. Restitutus anno 1798 et iterum ex parte combustus a Theutonibus anno 1801, die 6 ianuarii. Restauratus eodem anno et mense.

¹⁷ ad quod

¹⁸ Italice dicitur *un ra*.

librarum denariorum parvulorum pro qualibet vice applicanda dictae communitati, seu eius procuratori pro ea. Quae quidem statuta, sive ordinamenta sic ibidem lecta, et publicata, mandaverunt etiam publicari super scalis episcopalis palatii tridentini, et per trivium, et loca consueta ad innotescendum quorumcumque per Blasium viatorem Curiae tridentinae. Quibus omnibus et singulis sapiens vir dominus Iohannes de Strata de Padua licentiatum in iure civili, Vicarius, et ius reddens in civitate, et Curia praedictis pro reverendo (sic) in Christo Patre, et domino domino Alberto Dei gratia episcopo tridentino, suam auctoritatem interposuit, et iudiciale decretum.

Die martis XXIV mensis maii antedicti, in episcopali palatio, praesentibus domino presbytero Petro de Orbino de civitate Romagnae Vicario plebis sanctae Mariae de Civezano districtus Tridenti, Nichelle quondam Iorii de Carentana¹⁹ famulo Francisci quondam ser Nicolai de Tono civis Tridenti, et Lanzaroto dicto a Sale quondam ser Vandelli de Lizana, ac Vigilio notario quondam ser Enrici Rigaiiae de Tridento testibus...

Ibidem Blasius viator Curiae Tridenti retulit mihi Petro notario infrascripto, se die heri bene credidisse publice, et praeconea voce proclamasse super scalis palatii episcopalis, et per trivium et loca consueta civitatis Tridenti praedicta statuta et ordinamenta, ut omnia fecisset, et proclamasse ut supra habuit in mandatis cum cedula, seu scriptura in manibus seriem totius dicti edicti, seu ordinationum praedictarum continente.

Ego Petrus filius quondam domini Ioachini iudicis de Mezasomis de Tridento imperiali auctoritate notarius hiis omnibus et singulis suprascriptis interfui, et rogatus scripsi.

L.+S. Ego Franciscus civis tridentinus imperiali auctoritate notarius, filius quondam domini Nicolai notarii dicti de Avolano, hiis omnibus suprascriptis interfui, et ad eorum maius robur et firmitatem in testem publice me subscripsi meo signo posito...

Nota. Haec omnia descripsit ill. mus dominus baro Gaudentius Antonius de Gaudento consul actualis civitatis Tridenti et archivi civici praefectus, ex Libro reformationum et provisionum Communis civitatis Tridenti asservato in dicto archivo, fol. 4 et mihi perhumaniter tradidit hac die 20 decembris 1789. Eadem statuta leguntur etiam inter Statuta civitatis Tridenti typis edita Lib. 2, de Syndicis cap. 102, sed cum variantibus. Notandum, quod in descripto documento nulla fit mentio consulum, aut syndicorum Tridenti.

294. Anno 1641, die 12 martii Ratisbonae in Bavaria scripta fuit sequens epistola. *Ab extra*: Venerabili Carolo Emanueli episcopo tridentino principi devoto nobis dilecto. *Intus*: Ferdinandus tertius divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc. Venerabilis princeps devote nobis dilecte. Exposuit nobis Carmelitarum discalceatorum Ordo, quod intra Germaniae, et Italiae partes, intermedium monasterium non habeat, istaque eidem distantia difficilis admodum, ac molesta accidat, ac proinde Tridenti monasterium aliquod construi satagat, pro quo etiam personam sibi propensam nactus sit, quae tum aedificationis, tum sustentationis sumptus pro virili suppeditare velit, dummodo, quod necessarium videtur, devotionis tuae consensus accesserit, pro quo consequendo nostram sibi interpellationem plurimum profuturam sperat. Cum itaque compertum satis habeamus, nec devotioni tuae celatum arbitremur, quod hic Ordo, eiusque Fratres de animarum salute solliciti admodum sint, ac divini honoris augmentum diligenter spectent, atque vitam etiam exemplarem, ad omnium aedificationem ducant, nolimus petitioni illorum deesse, maxime cum potissimum quod obstare videtur, mendicationis obstaculum, eatenus se remoturos existiment, quod ita temperato mendicandi modo uti velint, ut aliis ibidem mendicantibus Ordinibus vix ulla incommoditas, aut detrimentum sit resultaturum. Quare a devotione tua non mediocriter desideramus, velit praedicto Ordini modis omnibus propense suffragari, ac difficultates, quae forte suboriri possent, e medio tollere, nec non partem ipsius sanctae foundationis suscipere, uti ab ipsis Ordinis Patribus uberius devotio tua percipiet. Quae hac in parte rem nobis gratam praestiterit, et... affectu nostro, quo eandem alias complectimur, reponendam. Datum in nostra, et sacri imperii civitate Ratisbonae die duodecima martii anno millesimo sexcentesimo

¹⁹ idest Carinthia.

quadragésimo primo, regnorum nostrorum Romani quinto, Ungarici decimo sexto, et Bohemici decimo quarto.

Ferdinandus etc.

Ad mandatum Sacrae caesareae Maiestatis proprium

G. Schindenitsch.

Nota. Epistolae huius exemplum servatur in archivio civico Tridenti, unde ipsam exscripsit ill. mus dominus baro Gaudentius Antonius de Gaudento, qui mecum eam communiare dignatus est hac die 20 decembris 1789.

295. Anno 1641, die 12 martii praefatus imperator consulibus tridentinis dedit sequentem epistolam, *foris habentem*: Honorabilibus, prudentibus, nostris, et imperii sacri fidelibus dilectis nobis consulibus, et senatui civitatis tridentinae. *Intus autem*: Ferdinandus tertius divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus. Honorabiles, prudentes, fideles nobis dilecti. Exposuit nobis Carmelitarum discalceatorum Ordo, quod intra Germaniae, et Italiae partes intermedium monasterium non habeat, istaque eidem distantia difficilis admodum, ac molesta accidat, ac proinde Tridenti monasterium aliquod construi satagat, pro quo etiam personam sibi propensam nactus sit, quae tum aedificationis, tum sustentationis sumptus pro virili (viribus?) suppeditare velit, dummodo, quod necessarium videtur, consensus vester accesserit, pro quo consequendo nostram sibi interpellationem plurimum profuturam sperat. Cum itaque compertum satis habeamus, nec vobis celatum arbitremur, quod hic Ordo, eiusque Fratres de animarum salute solliciti admodum sint, ac divini honoris augmentum diligenter spectent, atque vitam etiam exemparem ad omnium aedificationem ducant, nolimus petitioni eorum deesse, maxime cum potissimum, quod obstare videtur, mendicationis obstaculum eatenus se remoturos existiment, quod ita temperato mendicandi modo uti velint, ut aliis, ibidem mendicantibus Ordinibus vix ulla incommoditas, aut detrimentum sit resultaturum. Quare a vobis non mediocriter desideramus, velitis praedicto praedicto Ordini modis omnibus propense suffragari, ac difficultates, quae forte suboriri possent, e medio tollere, nec non partem ipsius sanctae foundationis suscipere, uti ab ipsis Ordinis Patribus uberius percipietis. Praestituri hac in parte rem nobis gratam, et gratia nostra caesarea, qua vos alias complectimur, reponendam. Datum in nostra, et imperii sacri civitate Ratisbonae die duodecima martii, anno Domini millesimo sexcentesimo quadragésimo primo, regnorum nostrorum Romani quinto, Ungarici decimosexto, Bohemici vero decimo quarto.

Ferdinandus.

Ioannes Matthias Prikelmeyr.

Ad mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis proprium.

G. Schidenitsch.

Nota. Ex authographo in Archivo civico Tridenti asservato descripsit hanc epistolam laudatus baro Gaudentus.

296. Anno 1643, die 10 februarii Viennae comes Matthias Gallassus civis tridentinus, ac bellidux celeberrimus, scripsit consulibus tridentinis hunc in modum: Nobilissimi signori osservandissimi. L'introduzione de Patri Carmelitani Scalzi alla chiesa della Santissima Vergine delle Laste, come cosa molto desiderata da me in ossequio della Madre di Dio, e in esecuzione del pietosissimo intento della maestà dell'imperatore mio signore clementissimo, così con particolar mio gusto e premura ho cooperato all'effetto: e non lascerò di cooperare tutto il possibile al suo complimento, e perfettione. Et affinché sortisca con la felicità, e facilità che si brama, ho voluto insinuarne il mio desiderio alle nobilissime signorie vostre, acciò restino assicurate del singolar contento, che riceverò dal concorso, e conspiratione unanime delle lor volontà allo stabilimento d'un opera di tanta gloria di Dio, e di tanto grande ornamento alla Patria: massime non dovendo essere al pubblico di veruna gravezza; si come già s'è capitato, e accordato tra cotesto ill.mo prencipe, e detta Religione. Confido nella loro bontà, che si ciniplaceranno honorar la mia intercessione del suo effetto, e li suddetti Religiosi del loro favore:

come prego ancor io a tutti loro per fine tutto propitio il favore del Cielo, et le bacio le mani. Di Vienna a X febraro 1643.

Delle nobilissime signorie vostre
Aff.mo et prontis.mo ser.re
Matthias C. Gallasso etc.

Nota. Et hanc epistolam desumpsit ex authographo, quod est in Archivo civico Tridenti saepe laudatus baro Gaudentus. Erectus fuit conventus Patrum Carmelitarum discalceatorum ad Lastas supra Tridentum versus Cognolam a dicto comite Gallasso, procurante venerabili Dei famula Ioanna Maria Roboretana, tandem moniali Clarissa et fundatrice monasterii sancti Caroli Roboreti, prout dicitur a nostro P. Archangelo Laghio in Vita dictae matris pag. 76.

Note. Mathias Galassus tridentinus Generalis armorum imperialium, filius Pancrati Galassi, et Annunziatae Mercanti, natus est anno 1589 (sic). Fuit ephesus Ferdinandi Madrutii. Dein miles. Obiit Viennae anno 1647 aetatis 58. Uxores eius fuerunt Elisabeth filia Ferdinandi comitis Arci infaecunda: et Dorothea filia Philippi comitis Lodornii, mater quatuor filiorum, et quinque filiarum. Franciscus Galas, dux Lucerae, Antonius comes Galas, Maria Victoria uxor comitis Collowrati bohemi, Teresia Annunziata uxor comitis Nachoti moravi. Mathiam laudat Galeacius Gualdus Prioratus nella Scena d'huomini illustri d'Italia; Ricciolius in Chronic. Reform., Lotichius de Reb. Germ., Thuldenus Hist. sui temporis, et Morerius verbo *Galas*.

Anno 1641 die 20 martii Ratisbonae Maria imperatrix scripsit episcopo tridentino Carolo Emanueli ut admittat PP. Carmelitas discalceatos Tridenti. Anno 1642 die 30 martii Tridenti episcopus sese excusavit. Anno 1642 die 21 maii admissi a Consilio episcopi Tridenti quinque Patres Carmelitae. Anno 1642 die 23 maii Tridenti Mathias Galassus gratias agit episcopo pro admissione ad Lastas, et B.M.V. Anno 1642 Fr. Aloysius a s. Ioseph, et Fr. Ioannes Maria a s. Teresia fuerunt Tridenti deputati a P. Generali pro fundatione. Galassus promisit 400 annuos florenos pro sustentatione Fratrum.

297. Anno 1339, indictione 7, die 3 ianuarii Tridenti in capella s. Blasii prope palatium episcopatus²⁰. Praesentibus providis, et discretis viris domino Predatio milite domini Vicarii, et Boninsegna quondam domini Odorici de Flaono, ser Cresimbeno de Verona notario domini Cini Vicarii, habitatoribus Tridenti et aliis. Congregato, et convocato ibidem in unum Consilio hominum civitatis Tridenti voce praeconia, et ad sonum campanae more solito de mandato et ordinamento honorabilis et sapientis viri domini Cini de Castelliono aretino utriusque iuris periti, in civitate tridentina Vicarii generalis venerabilis in Christo patris, et domini Nicolai Dei et apostolicae Sedis gratia episcopi tridentini, idem dominus Vicarius proposuit dicto Consilio et consiliariis, et quaesivit, quid eis videatur providendum, et statuendum *primo* super constructione, seu completionem murorum civitatis Tridenti quorum completio utilis, et necessaria est ad securitatem civium, et civitatis Tridenti, et omnium habitantium in ea. *Secundo* super provisione, et munitione equorum, ut equi teneantur per cives tridentinos, et habitatores civitatis Tridenti iuxta facultates eorum ad defensionem Patriae suae, et ad honorem, et iuvamen domini episcopi tridentini, ut auxilio equitum civitatis Tridenti reprimere possit proterviam superborum, et opprimere volentium iustitiam in civitate et dioecesi tridentina. *Tertio* super

²⁰ Codex Pahensis de quo infra post num. 309 incipit: Hae infrascriptae sunt designationes confinium et communium magnificae communitatis Tridenti exemplatae ex libro membrano (sic) veteri eiusdem magnificae ecommunitatis incipiendo folio XI per me Nicolaum de Clusolis notarium civemque Tridenti fideliter ad perpetuum commodum et memoriam. Sic titulus. Extra vero *Libro delle Dessegnanze*. Nicolaus fuit notarius anno 1538 et 1588. In eodem Codice pahensi non authentico post Designationes descriptas a Clusolo, et subscriptas a Notario Ioanne Aloysio Romagnano, est sententia cardinalis Bernardi Clesii anni 1538. Alia episcopi Christophori Madrutii anni 1542. Alia cardinalis Ludovici Madrutii 1579. Alia charta anni 1597. Aliae anteriorum. Tandem computationes italicae Tridenti et Tirolis anni 1578. Et aliae chartae italicae annorum praecedentium. Et ego vidi Librum membraneum Archivi Tridenti supra citatum. Est in folio.

recuperatione, dispositione, et conservatione communium sive soli, quod solet haberi, et teneri in communi per homines et habitatores civitatis Tridenti. Et quod super eis sit agendum cum dicatur esse iniuste per certos homines occupata in praeiudicium dicti domini episcopi, et civitatis Tridenti, et propterea equi non possunt sic commode teneri per cives. Super quibus consultum et arreatum fuit per plures sapientes et consiliarios dicti Consilii, sibi videri, quod eligerentur duodecim boni viri cives tridentini per dictum dominum Vicarium, et Consilium, et duo ex iudicibus civitatis Tridenti per dominum episcopum, quibus committeretur supradictis providere etc. Electi autem fuerunt sequentes providi, et sapientes viri, nempe dominus Marcus de Belenzanis, dominus Philippus de Stazoneriis, et dominus Girardus Musata²¹, pro Quarterio Mercati, sive nunc s. Mariae. Dominus Bonaventura quondam domini Baldini, dominus Nasinbenus de Calepinis, et dominus Buratinus de Buratinis, pro Quarterio s. Benedicti. Dominus Nicolaus Tamburlinus, dominus Nicolaus Anastasius, et dominus Eberle hosterius, pro Quarterio s. Martini, nunc dicto s. Petri. Dominus Franciscus Palancus, dominus Odoricus de Merchadenti, et dominus Nicolaus de Banefaldis (sic)²², pro Quarterio Burgi novi. Dominus Iustinianus de Gardulis iudex, et dominus Bonencontrus de Buratinis iudex, cives Tridenti, pro domino episcopo.

Ego Ecelinus domini Iordani de Campo imperiali auctoritate notarius publicus scripsi.

Nota. Unde hauserim haec dicam infra num. 309, in fine.

298. Anno 1339, die primo martii Tridenti in capella ecclesiae s. Blasii prope palatium, convenerunt discreti, et sapientes domini Barufaldus, et Bonencontrus iudices de Tridento, Philippus a Zocculo, Gerardus Musata, Odoricus de Marcadentis, Bonaventura quondam domini Baldini etc. et ad honorem Dei, et beatae Mariae Virginis gloriosae, et pretiosi martyris beati Vigilius patroni civitatis tridentinae, et statum ecclesiae tridentinae atque venerabilis Patris et domini Nicolai Dei, et apostolicae Sedis gratia praesidentis eidem, et civium tridentinorum, et publicam utilitatem etc. statuerunt etc. super recuperatione communium civitatis tridentinae etc. etc. Item quod rogetur dominus episcopus, ut in synodo²³ constitui faciat, seu constituat contra clericos, et ecclesiasticas personas temporali iurisdictioni non subiectas communia occupantes etc.

299. Anno 1339, die 8 martii Tridenti in capella sancti Blasii prope palatium, praesentibus discretis viris Ognibeno notario quondam magistri Adelperii aurificis, Iacobo quondam magistri Nicolai aurificis de Tridento, et Bonensigna de Flaono vallis Annaniae habitatore Tridenti et aliis, convocato, et congregato ibidem Consilio hominum civitatis Tridenti ad sonum campanae more solito de mandato sapientis viri domini Cini de Castellione aretino iurisperiti Vicarii Generalis in civitate Tridenti venerabilis in Christo Patris, et domini domini Nicolai Dei gratia episcopi Tridenti praefactus (sic) dominus Vicarius publicavit provisiones, et ordinamenta etc.

300. Anno 1339, die 20 martii Tridenti in sacristia (sic) nova maioris ecclesiae, praesentibus honorabilibus viris dominis presbytero Simone filio Mirazini de Tridento, presbytero Alberto de Mantua capellano eiusdem ecclesiae, Pedratio (sic) de Verona milite domini Cini Vicarii Tridenti, Mano notario dicti domini Cini, Barufaldo, et Bonencontro iudicibus civibus Tridenti, Gerardo Musata, Philippo a Zoculo, Nasinbeno de Calapinis, Bonaventura domini Baldini, Nicolao quondam domini Barufaldi, et Odorico quondam domini Guilielmi de Marcadentis civibus Tridenti testibus, et coram praedicto venerabili in Christo Patre, et domino domino Nicolao Dei gratia episcopo Tridenti et de eius mandato congregatis in unum honestis, et prudentibus viris dominis decano, canonicis, et Capitulo ecclesiae tridentinae, nec non ceteris clericis Beneficiatis in civitate Tridenti, et suis pertinentiis, praefactus dominus episcopus ipsa synodo, et cleri convocatione approbante constituit etc.

²¹ Anno 1390 fuit Tridenti Musa quondam Gerardi Musatae de Tridento.

²² Barufaldis.

²³ Nota synodalis.

301. Anno 1339, die 3 iunii Tridenti in episcopali palatio, congregatis etc., in praesentia honorandi et sapientis viri domini Francisci de Rezio Vicarii venerabilis in Christo Patris, et domini domini Nicolai Dei gratia episcopi Tridenti publicata fuerunt dictorum sapientum ordinamenta 142, in quibus leguntur sequentia.

Imprimis dixerunt, et decreverunt, et per credentiam cum sacramento dixerunt, et designaverunt esse Communis Tridenti et ad communitatem Tridenti pertinere a Petra Valata sursum versus Tridentum, quae Petra est in Aldeno supra Covalum in strata publica, quae vadit per Aldenum penes montem... salvo quod illi de Lagaro possint pascolare, et segare communiter cum hominibus Tridenti in palude tantum ab ecclesia sancti Zeni de Aldeno, et a Bocha Fossati infra, quod Fossatum ducit aquam de Lacu Romagnani in Athicem, supra quam Bocham Fossati ex alia parte Athicis in summitate montis est quidam Covalus ex opposito dictae ecclesiae sancti Zeni.

Fossatum apud septem Fontanas usque in Lacum de Romagnano.

Mansi de Aldeno, de Garniga, et de Cimono.

Stupa, quae est subtus Romagnanum, et supra Aldenum, inter Plaretandrum, Athicem, et Pradam.

Rius, qui descendit de Garniga apud Romagnanum.

Dossus de Costadades²⁴ supra ecclesiam Romagnani.

Vineale prope Portam Romagnani, quod possidetur per Dominicum ab Ecclesia de Romagnano.

Via vicinalis... Via quae ducit in Margoneum (sic).

Dominus Riprandus olim volebat aedificare turrinam supra Petram positam supra villam Romagnani.

Mansus de Margono, qui est abbatiae²⁵.

Duo plodia terrae, quae sunt subtus s. Marinam, ubi dicitur *Riva alta*.

Vites Bonfanti, qui fuit de Banalo.

Tota Stella, et Via, quae incipit, seu quae incipere solebat apud vadum antiquum Athesis per campos, qui sunt subtus dictam ecclesiam s. Marinae versus vallem Lagarinam, et vadit de supra ecclesiam s. Marinae inter ecclesiam, et Dossum super quo est domus, quae dicitur *del Orco*, et finit ubi incipit Via, per quam itur in Margonum.

Gulielmus frater Parisii piscatoris, quondam Bartholomaei de Covalo.

Tridentinus quondam Bonaventurae a Sale.

Una possessio abbatiae iuxta domum abbatiae positam in Ravina.

Castrum Covalbi²⁶, et villa Covalbi. Lavina alba.

Aichebonus de Pissavacca, Franciscus de Pissavacca, et Bonaventura, et Gulielmus fratres, et haeredes quondam Georgii de dicto loco.

Vineae Nigri quondam Balsegani. Ridus, qui descendit de Sardagna.

Dossus s. Nicolai. Rivus Sardagnae. Molendinum super Byunam. Murogna vinearum quondam Riprandi, quae possidentur per Iacobum Boscum.

Vineae Nicolai Cognati Montanarii Fabri.

Confines Pavionii. Terra Bianchi de Contrata Athesis, et ser Gulielmi quondam Bonazontae.

Clausura, quae fuit quondam domini Iordanis de Gandis, et modo possidetur per Ognabenum quondam Sarasini²⁷.

Possessiones abbatiae in Paviono.

²⁴ Costadades idet Costa Athesis fluvii.

²⁵ Extat il Castello di Margon in dioecesi Biterrensi, *di Beziere* in Gallia, teste Advocato.

²⁶ A castro Coalbi usque ad quoddam saxum, quod est subtus vinealea de Costa ad medium dicti saxi per directam lineam: et a dicto saxo usque ad quamdam alberam, quae est in vineis Nigri quondam Basilgani supra nugarias per directam lineam et ab ipsa albera usque ad unam nogariam, quae est apud ridum, qui descendit de Sardagna a suprascriptis confinibus supra usque ad summitatem montis, excepta villa Sardagnae cum confinibus suis. Omissis etc. Ego Contolinus quondam Bonaventurae domini Contolini imperiali auctoritate notarius.

²⁷ Anno 1345 vixit Tridenti Iacobus dictus Sarasinus. Ita charta Rochabruna.

Dossus sancti Nicolai. Heremias de Vigulo. Marcus quondam Turae quondam Bufi.
 Vineae abbatae post ecclesiam s. Nicolai. Fornax antiqua, quae erat in clausura abbatae de subtus s. Nicolaum a muro quadrelorum. Via quae vadit de subtus Castrum tridentinum. Subtus Fontem Byunae.
 Decreverunt esse Communis Tridenti totum Dossum Casteltrenti usque ad pedem, salvis vineis circa ipsum Dossum existentibus.
 Vineale parvum prope Dossum Casteltrenti, quod possidetur per Nicolaum Caubellum.
 Vineale iacens post Casteltrentum prope clausuram Sororum²⁸, et viam communis a tribus lateribus, quod tenet Lanzarotus olim famulus quondam domini Gasparis.
 Clausura abbatae a Porta antiqua Murri, qui fuit domini Ioannis de Cavedeno²⁹, qui est prope viridarium abbatae. Iscla Scribani. Via quae est inter ecclesiam s. Laurentii, et domum abbatae.
 Via antiqua, quae venit per Byunam in stratam per quam itur in Sardagnam.
 Via, quae incipit in loco Scanuclae versus montem qui est supra villam Sardagnae descendendo versus remitorium a Scala, quae via appellatur Vilman.
 Aqua Vellae. Pons Vellae. Dossum domini Dolzani iacens in pertinentiis Vellae. Vineae olim Rubri de Vigna, modo haeredum quondam Matii Stazonerii a Vineis, olim domini Trentini iudicis. Vineae Ottolini Calderae. Pratum olim domini Maximi Ciani iudicis (sic).
 Haeredes quondam Gamberi, et haeredes quondam Antonii de Banalo. Cesa vinearum Benevenuti molinarii.
 Cesa antiqua campi Francisci, et Aymerici fratrum de Pedecastello iacens apud Velam. Beneventus molinarius maritus Constantinae.
 Pratum, quod fuit quondam domini Girardi quondam domini Soldi.
 Ramonus Athesis. Fornax Mochatorum.
 Pasius notarius quondam domini Tridentini iudicis. Iscla ser Federici scribae. Magister Tridentinus Donzelinus.
 Pratum infirmorum de Zambana apud Athesim.
 Ser Gulielmus de Rochabruna. Pratum Bartholomaei de Albiano iuxta Athesim loco ubi dicitur Vadus (sic) sancti Nicolai.
 Prata, et possessiones abbatae, quae sunt et olim fuerunt ipsius abbatae quae sunt in Contrata Pontis Navis. Iacobus Morus quondam Bartholomaei. Odoricus Baronus de Medio, et dominus Ioannes de Belasio, ac haeredes Odorici Panizae, atque Gulielmus quondam ser Viti de Medio. Iscla quondam ser Garlandi de Medio.
 Horti iacentes in burgo s. Martini a muro castrum et civitatis usque ad unum murum de novo factum per Priorem s. Martini. Hortulus positus prope heremitorium extra Portam s. Martini.
 Pratum, quod est ultra Portam Strictam iuxta possessiones olim magistri Thomasini a Fornace, et modo domini Francisci Palanchi, quod pratum olim possidebatur per Spagnolium filium quondam domini Bondii iudicis de Tridento, et modo possidetur per ser Henricum de Pacificis.
 Pratum, quod est ultra Pontem Fossatum iuxta clausuram illorum de Capelletis³⁰.
 Pratum positum ad Fontanam Piosclam apud vineas quondam magistri Henrici Pistolae.
 Pratum apud haeredes quondam domini Delaiti a Novarna, et haeredes quondam Nasinbeni Gambari, et haeredes quondam Alberti apothecarii.
 Pratum, quod olim possidebatur per infirmos s. Nicolai, et modo per abbatiam. Locus ubi dicitur a Rochaforta³¹. Vadum Avisii. Haeredes quondam Tuini de Campo. Pratum, quod tenetur ab infirmis de Ponte Avisii.

²⁸ Sororum, idest Monialium Ordinis s. Clarae monasterii s. Michaelis.

²⁹ Dominus Ioannes de Cavedeno fuit iudex et Vicarius Tridenti anno 1287.

³⁰ Anno 1317 vixit Nicolaus de Capeletis de Tridento, ex Archivo Rochabruniano nunc gaudento.

³¹ Nunc Roncafort.

Ridus, qui descendit de prope Castrum de Meano, qui appellatur Ridus Vallesellae. Ser Delaitus de Meano habitator Tridenti. Campanea Gazadinae. Dossum de Camparta. Vallis de Sacco, quae est ultra villam Gazadinae. Haeredes quondam domini Bonaventurae de Gardulis, et eorum affictalini. Totus mansus, qui olim possidebatur per haeredes quondam domini Porchardi, iacens in loco ubi Vachae manent. Mons Vachae. Mons Vaccae. Fons Mularum. Ridus labens per villam Civezani usque in Fersinam. Versus Calispergum, et Dossum Castrum veteris. Usque ad Predam Pillae. Ad Predam Vermis. Locus ubi dicitur ad gollam dintersassos³². Dossum Grezum de Frontalo. Haeredes quondam Bonifacii notarii. Dossum Crucis versus Calispergum. Crux de Martignano. Muralta. Preda mala versus Madernum. Villa Villae. Vineae Gulielmi Prevedi³³. Mons Calispergi. Dominicus de Bleno. Planum de Pilla. Preda Guda, sive Cuva citra Bilfredos. Covaletus subtus Rochetam, inter Rochetam, et Bilfredosque ad Aquam vivam. Aqua Stolzani. Ecclesiae s. Leonardi iura³⁴. Mons Novalinae. Pozzae Castellerii. Vineae illorum de Matarello. Via, quae appellatur ab Alodiis, qua itur Novallinam prope viam, quae vadit de Matarello Vigulum, usque ad viam, et aquam Rosole. Locus de Lidorno subtus Covalum, et subtus Canetum. Fratres Alemani. Ramonus Athesis, et Ramonus Laci. Pratum dominorum de Vigulo. Pratum Bonaventurae quondam domini Baldini de Castelcornu. Antonius de Garduno. Pratum Fratrum Alemanorum, quod fuit quondam ser Donati de Cognola. Prata Pizagi. Pratum. quod fuit olim Amatoris a Lastis. Pratum quondam Tascherae, quod fuit quondam domini Guislinberti decani. Haeredes quondam domini Heremiae de Belenzanis. Dominus Approvinus de Castro novo. Dominus Nicolaus de Missina, Antonius de Matarello. Pratum Iacobi de Avolano. Fontana Santa versus Dossum Castellerii. Franciscus de Bindis. Aqua Crivelli³⁵. Boneta Candelaria de contrata Sanctae Mariae Maioris. Bonus de Pezola. Ottolinus quondam ser Ugenii. Dossum de Malgulo. Magister Paulus Zuperius. Vineae magistri Iordani musici.

302. Anno 1339, die undecima iunii Tridenti in capella s. Blasii convocatis sapientibus viris dominis Banefaldo (sic) iudice, Nicolao eius patre, Nasinbeno de Calepinis, Gerardo Musata etc. In praesentia honorandi viri domini Francisci de Aretio Vicarii venerabilis Patris etc. Mons Pahi. Mansus de Pezola. Una ceresaria. Unum pirarium. Una nogaria. Unum rivocium. Unum tovum. Nicolaus quondam Zuliani de Spredo. Peramusius a Fontana de Paho. Mons de Celva. Villa Roncogni. Dossus de Bedole, qui est ultra Dossum Pahi. Nogaria, quae fuit Ianesi quondam Porcolani.

Una rota cum una mola³⁶, quae sunt (sic) supra Montem (sic) Cornichium, quae possidentur per Gattum fabrum.

Unus scudezulus, sive unus cantonus vinearum, qui est prope molendinum haeredum quondam ser Boni aurificis iacens subtus Pontem (sic) Cornichium. Rozolum dicti molendini. Molendinum Henrici de Pacificis. Clausura Henrici de Pacificis sita sub dicto molendino. Domus dicti ser Pacifici in capite dictae clausurae.

Clausura molendini domini Francisci iudicis de Burgo novo.

Decreverunt, omnes pontes qui sunt supra Fersinam pertinere ad commune Tridenti.

³² Vulgo *Tra Sas*.

³³ Prevedi, dest Presbyteri.

³⁴ Ecclesia s. Leonardi est parochialis Mattarelli.

³⁵ Aqua nominata *al Crivello* extra Portam s. Crucis Tridenti in loco dicto *Roveré* anno 1505. Invent. Cazuffianum num. 498.

³⁶ In margine est *Molendinum*.

Molendinum Abori quondam ser Bernardi, cui cohaerent moniales Sancti Michaelis.
Ser Rampertus filius domini Herteli reducat sepem suae clausurae etc.
Haeredes quondam magistri Bernardini debeant etc.
Clausurae Alberti Donae Delasiae Odorici dicti Milancii, et aliorum. Dictus Albertus Milancius
Antonius de Ciago, et haeredes quondam magistri Alberti debeant etc. Haeredes quondam
magistri Ubertini barberii etc.
Murus Sororum de Sorbano³⁷.
Duo horti iacentes in Lastis supra Castrum, quorum unus tenetur per haeredes quondam Berteli
fabri, et alter per Petrum Scincum. Pomarium Donae Ziliae.
Aqua, quae labitur de prope s. Vitum debeat ire inter vites ser Francisci de Belenzanis, et
Plasentii notarii, per corniculum, quod incipit inter dictas vites. Vites quondam Francisci de
Trilaco. Presbyteri Henrici de Anania vites. Plaza de Zano.
Possessio haeredum quondam magistri Pizenini, et ser Francisci de Trilaco. Murognae prope
viam. Vineae Zuliani de Zimbra. Quoddam figarium.
Mons Bondoni.

303. Anno 1309, indictione 7, die sabati quinto intrante iulio Tridenti in palatio
episcopatus, praesentibus dominis Gulielmo, Odorico, Aichebono, et Lanzanetto iudicibus,
Nicolao de Cognola, Conrado a Cantono, Zampogna, Delaito de Novarna, Ioanne notario, et
aliis multis testibus. Ibi in pleno Consilio hominum civitatis Tridenti ad sonum campanae
more solito congregato coram nobili milite domino Odorico de Ragonia capitaneo Tridenti,
Iudicariarum, et Supramontis, et domino Simone Vicario Tridenti praesente, et domino
Bonaventura quondam domini Abriani syndico, et procuratore hominum et communitatis Tridenti
et omnibus etc. comparuit Henricus Viola de Oven syndicus, et procurator hominum et
communitatis villarum omnium Supramontis, et dixit etc.

304. Anno 1309, die sexto iulii Tridenti in Contrata s. Benedicti ante domum habitationis
ser Martini de Pezola, praesentibus Ferandello de Ferandellis³⁸, Acerbo notario de Clesio, et
Bartolameo Rondinello notario habitatoribus Tridenti. Vir nobilis dominus Odoricus Badeca
senex, habens equos Tridenti. Dominus Tridentinus Mezasoma, dominus Omnebonus de
Vaginis, dominus Gulielmus de Mercadentis, dominus Iacobinus de Belenzanis, dominus
Nicolaus de Zamboninis, ser Pellegrinus Mezgastaldus, ser Concius calegarius de Fossato, et
Pasius Malapel, ser Consolinus hosterius, et dominus Nicolaus quondam Simonis de Dosso.

305. Anno 1339, die 28 iunii Tridenti in episcopali palatio. Praesentibus providis viris
magistro Rainaldo artis grammaticae professore, et Mano de Aretio notario Officii, honorabilis
et sapiens vir dominus Franciscus de Aretio Vicarius tridentinus venerandi in Christo Patris, et
domini domini Nicolai Dei gratia episcopi tridentini statuit terminum etc.

Die 29 iunii Iacobus notarius quondam magistri Nicolai aurificis, Raynaldinus quondam
Raynaldini de Perzeno, et Antonius filius Odorici de Perzeno, et Manus notarius Officii.
Nicolaus de Barbaniga viator Curiae tridentinae.

Die 5 iulii Tridenti providi et discreti viri domini Bonaventura quondam domini Baldini de
Castro Cornu, Nicolaus quondam ser Bonifaldi (sic) Antonius quondam Felidusii de Gardumo,
Anselmus notarius de Enno, et Ioannes notarius quondam Nicolai de Medio testes. Honorabilis
et sapiens vir dominus Franciscus de Aretio Vicarius Tridenti etc.

306. Anno 1339, indictione 7, die lunae 12 septembris Tridenti in palatio episcopatus,
praesentibus Iacobo notario quondam magistri Nicolai aurificis, Encellino filio presbyteri Iuliani
de Burgo novo, et Ioanne notario familiari domini Cini Vicarii tridentini, et aliis. Ibi que

³⁷ De Sorbano, idest Sanctae Margaritae Tridenti Ordinis Praedicatorum.

³⁸ Anno 1344 vixit Andreas quondam ser Ferandeli a Curtivo, habitator nunc Tridenti appellatus.

honorabilis et sapiens vir dominus Franciscus de Aretio Vicarius delegatus tridentinus statuit terminum etc. Bressanus viator Curiae tridentinae. Valerianus notarius.

Die XI novembris Marianus quondam Priami notarius.

Die XVII novembris Pasius notarius domini tridentini iudicis de Tridento, et Ottolinus filius Nicolai de Villa de Banallo. Franciscus de Aretio Vicarius tridentinus.

307. 1372. Idem ac numerus de supra 289.

308. Anno 1314, indictione 12, die martis decimo intrante septembri Tridenti in palatio episcopatus, praesentibus Plasentio notario de Tridento, Petro de Burgo novo, Alberto notario, et aliis, dominus Gerardus de Bononia iudex et Vicarius, et faciens rationem in Curia tridentina pro venerabili Patre domino Henrico Dei gratia episcopo tridentino, ad petitionem dominorum Bonifacii de Aichebonis de Pissavacca, Iordani notarii de Campo syndicorum hominum Communis Tridenti mandavit Bartholomaeo quondam Panzeriae de Sardanea, et aliis de eadem Sardanea.

Die 13 septembris Trilacus de Trilaco, et Bonhora de Tridento. Contolinus quondam Bonaventuae domini Contolini imperiali auctoritate notarius.

309. Anno 1495, indictione 13, die veneris 13 novembris Tridenti in episcopali palatio, praesentibus Andrea quondam magistri Ioannis piliparii de Norimberga dicto della Miliana, Nanio quondam Iacobi Zambonini plebis Centi³⁹ dioecesis bononiensis, Bartholomaeo quondam Antonii de Ferrariis de Bononia dicto della Targona, omnibus viatoribus, et nunciis iuratis Curiae tridentinae. Spectabilis, et praeclarus iuris doctor dominus Ottobonus de Valentia Potestas honorandus civitatis Tridenti pro rev.mo in Christo Patre, et domino domino Odorico de Lichtenstain electo et domino Tridenti dignissimo etc.

Spectabilis artium, et medicinae doctor dominus Hieronymus Bretius, nobilis vir dominus Donatus de Calepinis, egregii viri ser Stephanus Cazuffus, et magister Nicolaus aurifex de Mediolano⁴⁰ omnes consules, et provisores civitatis Tridenti, et eius districtus. Ser Contes quondam egregii iuris periti domini Matthaevi a Vaginis procurator dictae communitatis et eius districtus.

Antonius filius quondam spectabilis doctoris domini Melchioris de Facinis de Padua, civis, et habitator Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius.

Ioannes filius quondam providi viri ser Gulielmi de Gaifis de Calavino civis, et habitator Tridenti notarius.

Ioannes filius quondam spectabilis iuris periti domini Odorici de Bretio civis et habitator Tridenti notarius.

Nota. Hactenus a num. 297 descripta excerpti ex Codice chartaceo vetusto in folio servato in Archivo communitatis pahensis, mihi non petenti exhibito die 24 ianuarii 1790 a sindicis Pegoreto et Ianeso. Alia plura continet, quae temporis caritate laborans missa feci. Similis codex est etiam in Archivo civitatis Tridenti quem vidi.

310. Anno 1553, die 17 octobris Christophorus Madrutius cardinalis et episcopus tridentinus dedit literas sequentis tenoris: Christophorus miseratione divina tituli sancti Caesarei in palatio S.R.E. presbyter cardinalis episcopus princeps tridentinus, et Brixinensis etc. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter caetera, quae principes decent officia, hoc inter prima collocandum sit, ut non solum ipsi, quae ad earum ditionum et locorum, quibus praesunt, ornatum et utilitatem spectant sedulo curent, et agitent, verum etiam suos subditos praeclara isthac aemulatione ad ornatum, civilemque societatem augendam, atque amplificandam exuscitent, et impellant, hinc est, quod cum civitas nostra tridentina iam inde ab antiquissimo tempore citra annue quater nundinas publicas celebrandi privilegio usa est, idque ad haec usque

³⁹ Centi in boniniensi dioecesi est ecclesia collegiata s. Blasii. Ecclesia parochialis ss. Sebastiani et Rochi. Ecclesia parochialis s. Mariae et s. Blasii.

⁴⁰ Nicolaus Guarinonius aurifex.

tempora inviolabiliter tenuit, et observavit. Cumque ea de causa egregii fideles nostri consules locum commodum et opportunum iis ipsis nundinis celebrandis ob intraneorum et extraneorum mercatorum confluentiam, ubi merces venales extare possent, viderent esse necessarium: nostra accedente exhortatione convenerunt fidelem nostrum Thomam de Cazuffis civem nostrum tridentinum, cumque eo ita egerunt ac concordarunt, ut is suis sumptibus et impensis extra Portam Sanctae Crucis, loco ad id idoneo, huiusmodi extrueret porticum seu aedificium, quo statutis mercati ac nundinarum diebus, ipsae merces prostare commode possent, prout in instrumento super eadem conventionem ac transactionem cum pactis et capitulis inibi contentis, per fidelem nostrum Nicolaum de Clusolis notarium publicum civem et habitorem nostrum tridentinum, concepto et formato, plenius continetur, et habetur. Cuius instrumenti tenor sequitur de verbo ad verbum, et est talis.

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, indictione decima, die iovis ultimo mensis decembris⁴¹, in civitate Tridenti, in Contrata Plateae ad Officium bulletarum, praesentibus excellenti iuris utriusque doctore domino Odorico filio quondam domini Angeli Costede, Domino Ioanne Michaele filio quondam domini Gabrielis Zerrae, domino Ioanne Baptista notario filio quondam domini Antonii Landi, omnibus civibus et habitatoribus Tridenti, domino Martino filio quondam Ioannis de Comaio cive Tridenti, et Ioanne filio quondam ... (sic) habitatore Pisavachae districtus Tridenti, testibus notis, idoneis, ad haec vocatis, et specialiter rogatis. Ibique per magnificos dominos consules civitatis tridentinae, videlicet excellentem iuris utriusque doctorem dominum Franciscum a Scutellis, dominum Andrigetum Gaudentum notarium, dominum Ioannem Donatum a Biretis, et dominum Balthasarem Rhener praesentes, et totum Consilium repraesentantes, expositum fuit, quum his proximis praeteritis diebus, et iamdudum saepissime requisiti fuerint nomine rev.mi et ill.mi cardinalis principis, et Domini nostri gratiosissimi, et demum ab ipso ill.mo cardinali principe, et D. N. ad constituendam fabricam unius portici extra Portam s. Crucis super Platea, et explanationem noviter facta: necnon ad emendas contiguas domos ipsi plateae pro aedificando hospicio pro mercatorum convenientium commodo, quia sua Dominatio ill.ma et rev.ma vult, quod de caetero nundinae, quae super Platea civitatis interiori servari solebant, super ipsa exteriori Platea sub ipso portico (sic)⁴² celebrentur. Et cum nunc nullus in aerario magnificae communitatis reperitur modus pecuniarum nisi fortassis ad aliquam collectae impositionem deveniatur, quod cum ob crebras steurarum solutiones, Fersinae praesertim, et regiae maiestatis nuper factas impossibile et intollerabile civitatis sit: post multos tractatus pluribus cum personis factos, praefati magnifici domini consules per se, et successores suos, volentes morem genere ipsi rev.mo et ill.mo domino nostro convenerunt cum egregio domino Thomaeo filio quondam egregii domini Stephani de Cazuffis cive et habitatore Tridenti, ibidem praesente, qui se, et haeredes suos specialiter, et solemniter, omnibus suis sumptibus periculis, et impensis obligavit, et promisit dictum (sic) porticum construere, et ipsas domos exiguas (sic) emere, et ibidem hospitium commodum fabricare modo et forma infrascriptis. Propterea ad infrascripta pacta et capitula devenerunt.

Capitoli et conventioni tra li consoli della magnifica comunità (sic) di misser Thomio Cazuffo sopra la fabrica delli portegi et botege et hosteria se ha da far alla nova piazza apresso la porta di Santa Croce.

Primo se concede al detto misser Thomio che possi comprar per nome della magnifica comunità la casa del rodaro nel borgo di s. Croce per quello pretio serà⁴³ estimata, et in quella, et l'altra contigua ch'è d'esso misser Thomio habbi da fabricar una hosteria secondo il disegno, et modelo gli serà dato, et immediate fuori delli muri d'esse case, et giardino verso la piazza possi et debbi fabricar portegi con botege sin al horto di misser Andrea Crivello, secondo il dissegno,

⁴¹ Idest die 29 decembris ultimo die iovis mensis decembris. Dies ultimus decembris seu 31 tunc fuit dies sabbati, et festivus.

⁴² Porticus et generis feminini et quartae declinationis.

⁴³ sera sine accentu: et sic etiam in similibus, *Comunita, piu, Ciitta, pero, piacerea*.

et modelo gli serà dato, et più secondo la exigentia et bisogno de' mercanti. Quale botege le possi affitar al tempo delle nondine, overo fiere, che si soleno far nella città di Trento quatro volte al anno a forestieri et botegeri etc. della città, non eccedendo però il pretio di duoi rainesi per botege per ogni fiera: in quali botege, et portego durante dette fiere et nondine habbino a condure et vender li mercanti et botegeri, che venirano alle fiere le sue merce, et non in altro luogo, essendo sempre concordati con esso misser Thomio, et soi agenti, o heredi, et non con altre persone. Et queste fabriche s'habbi far in termini (sic) d'un anno prossimo, et di più si come piacerà a monsignor nostro ill.mo, cominciando dal giorno soprascritto, intendendo sempre, che esso misser Thomio, overo soi heredi siano obligati proveder, et fabricar loghi, et botege per bisogno delli mercanti, che concorrerano a esse fiere.

Secondo. Item, che in dette fabriche non possi detto misser Thomio spender, né far mercato di legnami, prede, sabione, calcina, né di altre cose necessarie in essa fabrica di rainesi cinque in su senza saputa, et participatione de due persone a questo da esser deputate.

Terzo. Item che 'l detto misser Thomio debbia tener bono, et fedel conto de tutto quello spenderà in tal fabriche, et ogni tre mesi se rendi conto per esso alli consoli soprascritti, et sopra questi se faci saldo, quale se scriva nel Libro della magnifica comunità, et quello non se ritroverà scritto in ditti saldi non se faci bono a esso misser Thomio.

Quarto. Item che 'l detto Thomio debbia pagar alla magnifica comunità ogni anno al santo Michele in rasone di quatro doi per pertega per affitto del solo et fondo dove se faranno dette botege et portego sino saranno restituite alla magnifica comunità.

Quinto. Item che se per caso se revocassi le fiere, over nondine da la ditta piazza avanti che la magnifica comunità recompri dette botege, et hosterie, et avanti gli serà restituito, che in tal caso la comunità non sia obligata al detto misser Thomio, né sopra di ciò fargli ristoro alchuno, remanendo la proprietà del fondo alla magnifica comunità, salvo se non se facesse tal remotione ad instantia d'essa magnifica comunità, che in tal caso sia tenuta al restauro.

Sesto. Item se conviene, che se in fine d'anni sette prossimi la magnifica comunità sborserà a esso misser Thomio, over soi heredi la mittà de tutta la spesa per lui fatta in fabricar detti portegi et botege, et hosteria, et compra della casa del rodaro, et la mità del pretio della sua casetta insieme con la mità del pretio delli mobili necessari alla hosteria, secondo la stima da farsi, sia obligato accettar tal mità, et da quello giorno inanci la mità della utilità, che se caverà di dette bottege, et hostaria, spetti alla magnifica comunità detrahendo in tal caso la retta del fitto sopraditto. Et se dappoi li anni tredese prossimi da venire detta magnifica comunità darà, et sborsarà effettivamente al dito misser Thomio, overo soi heredi in qualunque tempo in perpetuo senza pericolo di prescriptione alchuna alle (sic) quale espressamente se intanda esser renonciato in quello miglior modo, et via se può, de ragione, ita che mai se possi allegar prescriptione contra detta magnifica comunità, l'altre mità delle spese fatte ut supra, overo tutta la spesa sarà fatta ut supra, non havendo in fine delli ditti anni sette sborsata, l'altre mità sia obligato ditto misser Thomio, et soi heredi di liberamente senza contradictione alchuna restituire, dar, et effettivamente relassar ad essa magnifica comunità tutta la detta hosteria, portegi, et bottege, niente riservando, et sopra di ciò farne far publico instrumento con le debite clausule, ita che per lo avenire non se habbi più ad impezar in ditta hosteria, portegi, et botege, et se intendi in tal caso reservato ragione a essa magnifica comunità sopra detti loghi, li quali se intendono espressamente a quilli obligati.

Settimo. Item che detto misser Thomio sia obligato accettar dalla magnifica comunità tutta quella robba gli serà data nel tempo de detta fabrica, come sono legnami, prede, o di cose simile per conto della fabrica, et de quella somma far creditrice la magnifica comunità per la quale somma debba pagar per interesse cinque per cento a essa magnifica comunità.

Quae quidem pacta, capitula, et conventiones dictae partes per se, et eorum haeredes, et successores promiserunt ad invicem et vicissim semper, et perpetuo firma, et rata habere, tenere, attendere, observare, et adimplere, non contrafacere, vel venire per se, vel alios alia ratione, vel causa, ingenio, de iure, et facto, sub poena refectionis omnium damnorum, et interesse litis et extra, quae una pars alterius occasione erit passa ratione non observationis omnium et

singulorum suprascriptorum. Ad hoc obligando una pars alteri ad invicem per se, et successores suos, et haeredes suos respective omnia sua bona praesentia et futura. Subscriptus

Ego Nicolaus filius quondam egregii domini Philippi de Clusolis notarii civis et habitator Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis capitulis, ordinibus, et conventionibus dum sic ut supra tractarentur, praesens fui, rogatusque scribere publice scripsi, et ad maius omnium, et singulorum suprascriptorum robur me subscripsi, signumque meum apposui consuetum. Verum cum haec non aliter robur, et effectum sortiri debuerint, quam si a nobis admitterentur, atque ideo tam praefatae nostrae civitatis consulum, quam dicti Thomaei nominibus apud nos instantia facta fuerit, ut haec capitula, pacta, et conventiones auctoritate nostra ordinaria admittere, et confirmare dignaremur, supplicationibus igitur antedictis annuentes, huiusmodi capitula, pacta, et inter praefatas partes conventa, per nos visa, et cognita, rata et firma habentes, approbanda, roboranda, et confirmanda duximus, prout ipsa auctoritate nostra ordinaria approbamus, roboramus, et confirmamus. Quocirca mandamus capitaneo, et Praetori nostro Tridenti, et aliis nostris officialibus, quod sub poena nostro arbitrio infigenda, praedicta omnia, et singula in praedicto instrumento contenta, observent, et ab aliis observari curent, et faciant. Harum testimonio literarum, sigilli nostri appensione roboratarum. Datum Tridenti in arce nostra Boniconsilii die decima septima mensis octobris anno Domini M.D. Quinquagesimo tertio

L+S.
Pendentis parvi

Ad mandatum ill.mi, et rev.mi
Domini cardinalis et principis proprium
Brognolus etc.

Nota. Membranam hanc reperi in Archivo cazuffiano, eamque signavi num. 158. Compendium ipsius exhibui sub dicto numero in Inventario praefati Archivi. Nunc memorata fabrica est tota civitatis tridentinae, quae ipsam restauravit, ornatioraque reddidit non multis ab hinc annis sub archiconsule Christophoro Voltolino anno 1767. Nunc etiam Tridenti in dicto loco habentur quatuor annuae nundinae octiduanae post primam dominicam Quadragesimae, post Festum Nativitatis s. Ioannis Baptistae, post Festum s. Matthaei, et post Festum Dedicationis ecclesiae cathedralis 18 novembris. Nundinae quatuor, quae singulis annis fiunt Bulsani prima post dominicam tertiam Quadragesimae, secunda post Festum Corporis Domini, tertia post Nativitatem Beatae Mariae Virginis, et quarta post Festum s. Andreae, antiquitus fieri consueverunt alibi, nempe duae Tridenti, una Egnae, ac una Marani. Sanctus Henricus Romanorum imperator Bulsanum transtulit anno 1024 nundinas tridentinas Quadragesimae, ac septembris. Post trecentos annos illuc translatae fuerunt aliae duae Corporis Domini, et sancti Andreae. Tridenti nundinae haberi consueverunt etiam octavo saeculo Domini nostri Iesu Christi. Sic literis consignatum inveni.

311. Anno 1569, die 3 iunii Viennae Maximilianus secundus Romanorum imperator consulibus tridentinis dedit literas sequentes. *Extra.* Honorabilibus, prudentibus, nostris et imperii sacri fidelibus, dilectis Nobis consulibus et senatui civitatis tridentinae. *Intra.* Maximilianus secundus divina favente clementa electus Romanorum imperator semper augustus etc. Honorabiles, prudentes, fideles nobis dilecti. Conquestus nobis est humiliter fidelis nobis dilectus Petrus Summa⁴⁴, chyrurghus noster, a quodam suo vicino istic Tridenti, Francisco Zelo notario⁴⁵, non leve gravamen domui suae illatum esse, ita ut non obstantibus duabus sententiis

⁴⁴ Quidam Agatius de Summa catacensis fuit episcopus catacensis ab anno 1664 idest *di Catanzaro nella Calabria*. Agatius de Summa iureconsultus, cathacensis patricius, orator, et poeta egregius vivens Romae anno 1633 scripsit tractatum de *Iurisdictione episcopi*, et alia plura, teste Miraeo. Fuit primum causarum patronum, dein ab anno 1659 episcopus geruntinensis, et cariatensis, tandem ab 1644 cathacensis. Obiit 1 octobris 1671. Bernerius de Summa nobilissimus cremonensis, fuit episcopus cremonensis ab anno 1249.

⁴⁵ Notarius Iosephus Zelus filius quondam domini Francisci Alexandri habitavit in Contrata s. Petri anno 1625.

iam pridem per iudices a rev.mo in Christo Patre, domino Christophoro S.R.E. episcopo praenestino cardinale etc. tum temporis episcopo tridentino, ac administratore brixinensi, principe, et amico nostro charissimo, ad hoc delegatos latis, quae etiam in rem iudicatam transierint, nec non postposita transactione exinde iussu Paternitatis suae inter eos facta, stabulum reaedificari curaverit, etiamsi id de iure minime facere debuerit, vel etiam potuerit. Et quia hoc ipso domus sua multis modis deterior reddita sit, nobis perquam demisse supplicavit, ut hac in parte nostro auxilio ipsi adesse clementer diganremur. Etsi vero non dubitamus, vos, utpote iustitiae et aequitatis studiosos, ad praedicti Petri Summae requisitionem sponte officio vestro haud defuturos esse; nihominus tamen cum eundem, ob fidelia obsequia, quae nobis in aula nostra iam multis annis indefesso studio praestitit, et adhuc in dies praestat, singulari clementiae affectu prosequamur, ac rebus suis defendendis, et protegendis merito simus inclinati, ne ob servitia nostra absentia sua in nos devotio, et fides damno fraude sit, omittere noluimus, quin has in ipsius favorem ad vos daremus literas. Quibus vos benigne plurimumque hortamur, ut ne praedictum Petrum Summam a supradicto suo vicino, vel quoquam alio indebitè molestari patiamini, quinimmo, si causam hanc coram vobis in iudicium deduci contingat, eundem pro consequenda expedita ac brevi iustitia quam comendatissimum habeatis, vosque, quod eius fieri poterit, tales omnino praestetis, ut has nostras literas sibi in causa iustitiae haud parum profuisse re ipsa cognoscere queat. In eo rem aequitate, vestroque officio dignam, nobis vero adprime gratam, ac caesarea nostra gratia recognoscendam. necnon benignam voluntatem nostram facturi. Datum in civitate nostra Viennae, die tertia mensis iunii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, regnorum nostrorum Romani septimo, Hungarici sexto, et Bohemici vigesimo primo.

Maximilianus etc.

V. Zas.

Ad mandatum sacrae caesareae maiestatis proprium

P. Bernburger etc.

Nota. Exemplum huius epistolae servatae in Tabulario civico Tridenti, dedit mihi die 25 ianuarii 1790 ill. mus dominus baro Gaudentius Antonius de Gaudento consul actualis Tridenti. De notario Francisco Zello dixi pluries in Notariali tridentino. De familia *Summa*, domum propriam habente Tridenti, nullam aliam reperi mentionem. Scio tamen ex charta bellasiana⁴⁶, quod anno 1558 vixit *Leonardus filius quondam Odorici Summae Villae de Erculo*, syndicus ecclesiae s. Stephani de Erculo. Ibi est quidem *Summae Villae*, sed legendum *Summaevillae* animadverti⁴⁷. Illud V. Zas. legendum sic: *Vidit Zasius*, idest Ioannes Udalricus Zasius constantiensis, Udalrici Zasio auctoris prohibiti filius, natus Friburgi anno 1521 demumque consiliarius caesarum Ferdinandi primi, et Maximiliani secundi. Quoad secretarium *Bernburger* scire iuverit, quod quidam Ioannes *Obernburger* clericus moguntinus, ac secretarius imperatoris Caroli quinti, anno 1539 canonicatum tridentinum obtinuit, quem anno 1551 resignavit. Nunc puto cognomen Leonardi fuisse *Summa*, et illud Villae addendum Erculo, ut idem sit ac Leonardus *Summa de Villa Erculi*.

312. Anno 1491, die 25 iulii consecrata fuit ecclesia s. Wolfgangi in villa Orzani plebis Civizanensis, prout constat ex literis huiusce tenoris: Conradus Dei, et apostolicae Sedis gratia episcopus bellinensis, reverendissimique in Christo Patris, ac domini domini Melchioris episcopi brixinensis in Pontificalibus suffraganeus generalis, universis et singulis Christi fidelibus praesentibus et futuris salutem in Domino sempiternam. Universitati vestrae notum facimus per praesentes, quod nos de speciali mandato ac licentia reverendissimi domini domini Udalrici episcopi tridentini capellam quamdam de novo erectam ad honorem sancti Bolffgangi episcopi et confessoris in villa Urczani plebis Ziviczani tridentinae dioecesis, una cum altari, quod in honore praedicti Sancti, ac aliorum sanctorum Fabiani, et Sebastiani martyrum, Leonhardi, et Rochi confessorum: in quo reliquias Sanctorum quorum nomina scripta sunt in

⁴⁶ Chronica Bellasiana num. 115.

⁴⁷ Anno 1603 vixit Philippus de Summis iuratus villae Panthei plebis Pahi die 27 maii.

Libro vitae, in ipso altari inclusimus, et sepelivimus, ac solenniter (sic) consecravimus. Institutentes festum dedicationis praedicae capellae, et altaris in dominica secunda de mense augusti hactenus observatum perpetuis futuris temporibus celebrari. Cupientes praeterea, ut dicta capella debitis veneretur honoribus, et ut Christifideles iugiter frequentent eandem, omnibus et singulis utriusque sexus vere poenitentibus, confessis, et contritis, qui in diebus Nativitatis Christi, Circumcisionis eiusdem, Epiphaniae, Coenae Domini, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, ac maioribus festivitibus sanctae Mariae Virginis, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, aliorum quoque Apostolorum, necnon Dedicationis capellae praedictae, et patronorum suprascriptorum festivitibus, devotionis causa, ad eandem confluerint, ac de bonis suis a Deo collatis manus adiutrices porrexerint, piasque aemosynas (sic) suas tradiderint ad eandem, de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, quadraginta dies Indulgentiarum de iniunctis eis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus. Harum testimonio literarum, sigilli nostri appensione munitarum. Datum in villa Urczani die vigesima quinta, in die sancti Iacobi Apostoli mensis iulii anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

L+S. *Cerei pendentes oblongi.*

Presbyter Iohannes Verger notarius publicus scripsit
in fidem, et testimonium.

Nota. Membranam mihi dedit, ut eam exscriberem die 20 maii hoc anno 1790 rev.mus dominus archipresbyter civitanensis Carolus Pompeatus, qui in suo libro, cui tit. *Memorie della Chiesa, e canonica di Civezzano* edito Tridenti anno 1784 ait pag. 19, Sanctum Rochum esse titolarem ecclesiae Orzani, in eaque celebrandam Missam planam per parochum die 25 iulii festo s. Iacobi Apostoli: die 20 ianuarii festo ss. martyrum Fabiani et Sebastiani: die 31 octobris festo s. Wolfgangi: ac in dominica secunda augusti, anniversario Dedicationis eiusdem ecclesiae. Pro *Urczani*, vel *Orzano* puto scribendum *Urceanum*. Sic *Orzi novi* dioecesis brixienensis dicuntur *Urceae novae*. Pro *Verger* forsitan legendum *Venger*; nam anno 1481 fuit canonicus brixinensis quidam Conradus Venger, vixitque etiam post annum 1492, scriptis clarus, uti monui in Bibliotheca Tirolen. Charta praedicta edita fuit a domino Pompeato in secunda editione delle Memorie di Civezzano anno 1790, pag. 25 ac 16 integra.

Pro notario facit, quod anno 1738 vixit dominus Ingenuinus Albuinus Vergerer curatus in Wising prope Swatium in dioecesi brixinensi, prout constat *ex Foedere novo DD. Sodalium Congregationis Mai. Orad. Oenipont. B.M.V. Annuntiatae* edito Oeniponti 1738.

Membrana vix legi potuit ubi nomen notarii. Praefatus Ingenuinus anno 1754 fuit curatus in Lermos parochiae Imbstensis; et anno 1763 parochus Serfausensis, aet. phys. 69, curae 35, ex Catalogo Cleri brixinensis p. 106.

313. Anno 1674, indictione 12, die sabati 10 martii, in Arco, in Contrata Vascolantis, praesentibus perillustri et admodum rev.do domino Blasio Fragiorgio archipresbytero collegiatae Arci, nobili et spectabili domino Francisco Tamburino notario Arci, dominis Antonio, et Dominico fratribus de Albertanis Pedemontis Arci habitatoribus, et domino Francisco filio domini Ambrosii Franchi terrae Arci testibus, admodum rev.dus dominus Antonius quondam alterius domini Antonii Paulini de Larido plebis Blegii Iudicariarum, iam diu habitator terrae Arci, in senili aetate constitutus, testamento, quod condidit die 6 iulii anno 1648 rogato per infrascriptum notarium, addidit codicillos, in quibus praeter alia iure legati pii reliquit venerabili Confraternitati ss. Conceptionis Divae Mariae Gratiarum Arci in agro de Romarzollo rhenenses 300 penes dominum Nicolaum Morandellum Bolognani fundatorum an. 1654, et 1658.

Ioseph filius quondam domini Antonii Marinae publicus imperiali autoritate collegiatus Arci notarius scripsit.

Nota. Ita desumpsi ex authentico nostri archivi arcensis hac die 29 iulii 1790 hic Tridenti.

De Antonio Paulino dixi in Bibliotheca tirolensi.

314. Anno 1492, die 12 aprilis Tridenti Udalricus episcopus tridentinus dedit quoddam suum diploma, in quo occurrunt Franciscus Gelffus iurisperitus, et civis Tridenti massarius episcopalis. Petia terrae olim Ioannis de Tovaleis de Tridento. Paula filia quondam Christofferi de Molveno, uxor dicti Francisci Gelffi. Nunc apud me non est huiusmodi diploma. Fuit in archivo monialium SS. Trinitatis Tridenti Ordinis s. Clarae nunc vero est in archivo monialium s. Michaelis eiusdem Ordinis, ubi et moniales trinitariae.

Fuit Udalricus de Frundsberg.

315. Anno 1495, die 14 iulii Tridenti Udalricus de Liethenstain electus ecclesiae tridentinae quoddam diploma suum dedit, nunc servatum in archivo monialium s. Michaelis, olim autem in archivo monialium trinitariarum. In eo memoratur Iohannes Iacobus Pona actor, et actorio nomine Ioannis Baptistae, et Antonii fratrum filiorum, et haeredum quondam Geroldi⁴⁸ de Catzezio stationarii olim civis tridentini. Nobilis Hilibrandus de Clesio tunc capitaneus Tridenti, et honorabilis et egregius Ioannes Ornheim doctor commissarii. Honorabilis et egregius Ioannes Wiser doctor. Georgius Seltsam notarius et scriba episcopalis Tridenti. Honorabilis vir dominus Wilhelmus Rottaler plebanus in Metzio. Pendet sigillum episcopi cereum, ac rotundum.

316. Anno 1508, die 25 septembris Tridenti Georgius episcopus tridentinus dedit suum diploma, olim a me visum cum praecedentibus cum essem infirmus, ceu spectans ad archivum praedictum SS. Trinitatis. In eo commemorantur Ioannes Baptista a Prato civis tridentinus, et Antonius eius frater absens. Paula filia quondam Christophori de Molveno, et olim uxor Augustini Spinolae ianuensis civis tridentini. Ioannes Antonius Pona, et Iacobus a Prato. Antonius notarius de Facinis. Luchinus de Grignano. Ecclesia sancti Viti supra Tridentum⁴⁹. David de Zoldinis de Cognola. Vigilius Schratzenperger. Philippus de Philippis de Civeczano. Nicolaus Picininus de Cognola. Contrata Montanae supra Tridentum. Iacobus de Rokhabruna. Sancta Maria Magdalena Tridenti. Haeredes Bertoldi ab Aquila de Tridento. Ioannes Claudus theutonicus habitator Tridenti. Negrioli de Montanea. Iura Fraternitatis Battutorum de Tridento. Villa Tabernare. Heredes Finoti de Finotis olim civis Tridenti. Olim Franciscus de Fesis de Tridento. Agnes de Moyado. Decima, quae solvitur suffraganeo. Heredes Ianesi Paurneindt de Tridento. Andreas Galli (sic) de Tridento. Georgius de Calapinis. Gallasius de Campo. Heredes Ioannis Galli de Tridento. Heredes Ioannis Puarneindt macellatoris. Olim Ioannis de Tonaleis (sic)⁵⁰ de Tridento. Heredes Ioannis Guaschetiae doctoris. Sigillum cereum rotundum praefert hanc inscriptionem: S. Georgius Dei Gracia Episcopi Tridentini.

317. Anno 1516 Bernardus Clesius dedit quamdam investituram incipientem: Bernardus Dei gratia episcopus Tridenti. Sigillum eius pendens cereum rubrum in capsula lignea rotunda inscriptionem istam habet: S. Bernardi Dei Gracia Episcopi Tridentini. 1515. Servatur nunc in archivo michelitano illuc translatus a trinitario suppresso anno 1784 ab episcopo tridentino Petro Vigilio.

318. Anno 1669, indictione 7, die martis 30 octobris in burgo clesiano, et habitatione magnifici domini Bartholomaei Bertolasii, praesentibus testibus rogatis domino Thoma Calovo de Enno, et Ioanne Menapasio Pavilli, magnificus dominus Christophorus a Platio de Tereso⁵¹ cessit magnifico domino Ioanni Baptistae a Platio tronos 12,6 exigendos a domino Antonio quondam domini Ioannis de Leonardis Mechuli pro residuo viverolorum eidem venditorum etc. Deest subscriptio notarii: adest tamen sigillum impressum cum siglis INCN dicentibus Ioannes Nicolaus Cheller Notarius.

⁴⁸ Videsis num. 291.

⁴⁹ Ecclesia s. Viti de Cognola.

⁵⁰ *Lege de Tovaleis*.

⁵¹ Dal Piaz di Teres.

319. Anno 1509, indictione 12, die mercurii ultima mensis februarii, in civitate Tridenti ad Officium bulletarum, praesentibus Tomaeo quondam Laurentii de Blasionis de Mugazono, Iohanne quondam Antonii Nigriboni de Bosentino, Iohanne item Mathaei Lanza de Supramonte habitatore Tridenti, hiis omnibus testibus ad haec convocatis, specialiterque rogatis. Ibidem Iohannes Antonius quondam Guielmi Nigrelis civis, et habitator Tridenti per se, et suos haeredes refutavit, et libere resignavit in manibus providi viri domini Contis, quondam domini Mathaei a Vaginis civis et habitatoris Trididenti, ibidem praesentis, pro se, et haeredibus suis recipientis, utile dominium et melioramentum, quod ipse Iohannes Antonius habet, habebat, et quomodolibet habere potuisset in infrascripta pecia terrae prativae. Et hoc pro pretio, et finito mercato habito et recepto per ipsum Iohannem Antonium a magistro Baptista pilipario quondam Stefanini de Gandino cive Tridenti, prout constat instrumento emptionis rogato manu mei notarii infrascripti sub anno, indictione suprascriptis, die vero vigesima sexta ianuarii. Et hac refutationem fecit dictus Iohannes Antonius ad hoc ut ipse dominus Contes investire deberet ad imperpetuum suprascriptum magistrum Baptistam de infrascripta pecia terrae. Qua refutatione sic facta idem dominus Contes nominatim pro una libra piperis, quam confessus fuit se habuisse et recepisse a dicto magistro Baptista pro intratica, et nomine intraticae praesentis locationis, et conductionis in perpetuum renovandae semper in capite cuiuslibet decimi noni anni in hac eadem forma, et secundum usum, et conduetudinem locationum perpetualium domorum mercati veteris, et pacta in eis consueta, per se, et suos haeredes, per tactum manus investivit dictum magistrum Baptistam ibidem praesentem, et hanc locationem sibi fieri petentem, pro se, et haeredibus suis recipiendem, de una pecia terrae prativae unius plodii, vel circa, iacente in pertinentiis Tridenti, in loco ubi dicitur *a la Fornas*, apud hos ut assertum est confines, versus mane, meridiem, et sero apud vias communes, versus septentrionem apud Fornacem mediante aqua Sancti Georgii, et forte alii sunt confines veriores. Ad habendum, et possidendum, ad meliorandum, et non deteriorandum, imo de bono in melius dictam rem locatam promovendum, et quidquid dicto conductori, et suis haeredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum. Cum omnibus et singulis, quae infra praedictos continentur confines, vel alios, si qui forent ulterius veriores. Ingressibus, et egressibus suis usque in viam publicam, et cum omnibus et singulis, quae dicta res locata habet super se, supra se, infra se, seu intra se, in integrum, omnique iure, et actione, usu, seu requisito ad dictam rem locatam modo aliquo spectante, et pertinente. Salvis tamen pactis, et conditionibus infrascriptis, et iure directi domini dictae rei locatae, unde solvitur infrascriptus affictus. Quam rem locatam dictus locator promisit se nomine et vice ipsius conductoris, et pro eo conservare, servare, et possidere donec ipsius rei locatae dictus conductor tenentiam, et possessionem acceperit corporalem, quam accipinedi et sua propria auctoritate in se retinendi dictus locator sibi conductori praesenti licentiam omnimodam concessit, atque dedit. Promittens dictus locator per se, et suos haeredes dicto conductori, praesenti, pro se et haeredibus suis recipienti, de evictione dictae rei locatae, et de eius legitima defensione, secundum formam iuris, et de rathihabitione omnium et singulorum praemissorum, sub obligatione omnium suorum bonorum praesentium et futurorum, et sub refectione damnorum omnium, interesse, expensis litis, et extra. Et e converso dictus conductor per se, et suos haeredes solempniter, et sine aliqua exceptione iuris, vel facti, obligando omnia sua bona promisit et convenit dicto locatori praesenti pro se, et haeredibus suis recipienti dare, solvere, et numerare omni anno perpetualiter in festo sancti Michaelis, vel infra eius octavam libras quatuor bonae monetae nomine affictus perpetualis dictae rei locatae, cum hiis pactis et conditionibus infrascriptis ibidem expressis, et solempni stipulatione vallatis. Quod dictus affictus aliquo modo dividi non possit, se in uno tantum remaneat conductore; et quod primo anno quo ipse conductor, vel eius haeredes dictum affictum integraliter non solverint, quod dictus affictus indupletur. Et similiter fiat in secundo anno si dictus conductor dictum affictum non solverit, et praesentaverit integraliter infra dictum terminum etc. etc. etc.

Ego Antonius quondam egregii viri ser Bartholomaei a Berlina civis, et habitator Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius praedictis omnibus et singulis interfui, et rogatus scribere publice scripsi etc.

Nota. Membranam hanc authenticam mihi tradidit describendam hoc anno 1790, die 2 septembris ill. mus dominus Ioannes Baptista eques Balduinus de Capris patricius tridentinus et praefectus castris perginensis. Ad exta cernitur inscripta: *Location del Conto dale Vagine per el broilo a Sancto Iori, o sia la Fonase*. Etiam in charta monialium sancti Michaelis scripta anno 1286 occurrit una petia terrae vineata iacens in pertinentiis Tridenti in *Contrata Sancti Ieorii, in loco ubi dicitur in Brolo*. In Albo consulum Tridenti occurrit *Matthaeus Magnus a Vaginis* consul secundus anno 1453. *Frizius a Vaginis* consul quintus, et *Victor a Vaginis* consul septimus anno 1456. *Frizius de Vaginis* consul quartus anno 1467. *Giovan Conte Guagino de Guagini* consul quintus anno 1571. *Giovanni Conte Guagino* confirmato anno 1572 in actu consulari dicti anni latine dictus *Ioannes Contus Vaginus*. Post hunc nullus alius Vaginus est in dicto Albo. Matthaeum autem praecessit solus *magister Ulricus a Vaginis* consul sextus anno 1443. *Familia Vagina* notature extincta in Albo civium Tridenti. *Conte delle Vaine* interfuit solemnibus nuptiis Victoris Tabarelli anno 1540 Tridenti celebratis. Quidam *Matthaeus Guagninus, vir certe optimus* circa an. 1460, coram Praetoribus mercatorum veronensium defensus fuit ab insigni doctore Bartholomaeo Coepola veronensi. Ante eum vixit *Baptista Guagninus*. Anno 1576 et 1578 fuit civis Veronae Gio. Battista Guagnino.

320. Anno 1790 episcopus tridentinus dedit sequens diploma: Nos Petrus Vigilius Dei gratia episcopus, et Sacri Romani Imperii princeps Tridenti etc., marchio Castellarii etc. ex comitibus de Thunn, et Hochenstein etc. etc. Universis, et singulis quos praesens, et futura noverit aetas, notum facimus, et esse volumus, quod cum pro parte nobilium fidelium, et respective venerabilium, Caroli, et Valentini sacerdotis fratrum filiorum quondam Valentini⁵²: necnon alterius Valentini, et Antonii sacerdotis, fratrum filiorum quondam Isidori quondam praedicti Valentini; et Ioannis Baptistae, ac Francisci quondam Iacobi quondam praedicti Valentini, omnium de Salvadori, huius nostrae civitatis civium, exhibitum nobis fuerit originale privilegium ab augustissimo, et potentissimo quondam Iosepho secundo Romanorum imperatore gloriosissimae recordationis, praedicto quondam Valentino de Salvadori antenominatorum omnium patri, et respective avo concessum, et datum Viennae Austriae die decima quarta ianuarii millesimo septingentesimo sexagesimo sexto, cuius vigore nedum facta legitur honorifica mentio de antiqua nobilitate, qua nobilis quondam Theophilus de Salvadori praedictorum omnium atavus pro se, suisque omnibus descendentes utriusque sexus in infinitum ab augustissimo quondam Rudolpho secundo Romanorum imperatore, gloriosissimae itidem recordationis, sub 8 novembris 1592 decoratus fuit; verum etiam praedictus quondam Valentinus de Salvadori pro se, suisque liberis, et descendentes ex legitimo matrimonio natis, et respective nascituris utriusque sexus in infinitum, ad statum, gradum, et dignitatem sacri Romani imperii liberorum baronum evectus fuit, talique honoris, et dignitatis titulo insignitus, aliorum sacri Romani imperii liberorum baronum ordini, numero, et consortio adscriptus, et aggregatus declaratur; et prout latius in dicto caesareo originali diplomate⁵³ in Consilio nostro aulico exhibito, et in hac cancellaria nostra regesto apparet, nobisque a praenarratis nobilibus, et respective venerabilibus Carolo, et sacerdote Valentino quondam Valentini; Valentino, et sacerdote Antonio quondam Isidori, ac Ioanne Baptista et Francisco quondam Iacobi de Salvadori, devote supplicatum extiterit, ut nedum supra enuntiatum honorificae antiquae nobilitatis imperialis privilegium et nos recognoscere, et ratihabere, verum etiam, ut eosdem tanquam legitime a praelaudatis Theophilo, et Valentino de Salvadori descendentes, eorumque liberos legitimos et naturales utriusque sexus tam natos, quam nascituros in infinitum, pro veris sacri Romani imperii antiquis nobilibus, et liberis baronibus etiam in hoc principatu et episcopatu nostro ab omnibus haberi, et teneri, tituloque baronum honorari, et nuncupari palam facere, et committere dignemur; nos audita relatione nobilis et multum excellentis domini Ioannis Baptistae de Gentilottis S.R.I. equitis in Engelsbrunn, consilarii et cancellarii nostri

⁵² Valentinus iste factus est consul Tridenti hoc anno 1793. Habitatio eius est apud Cantonum, seu Via Longa, loco dicto ad s. Simoninum.

⁵³ Lingua germanica scriptum est.

aulici, ad perlustrandum praedictum diploma caesareum deputati, attentisque litteris reversalibus sub hodierna die datis, tam anteriorem, quam praesentem, et futuram erga hanc ecclesiam tridentinam divi Vigili, illiusque pro tempore episcopos et principes subiectionem contestantibus, et profitentibus cum effectu nobis traditis, praemissam antiquae nobilitatis imperialis, quam liberorum sacri Romani imperii baronum ordinis insinuationem admittentes, et ratihabentes, decernimus, declaramus, et mandamus, ut in posterum antenominati illustres fratres, et consanguinei de Salvadori, illorumque legitimi descendentes, tam nati, quam nascituri utriusque sexus in infinitum pro antiquis nobiles, et veris S.R.I. liberis baronibus etiam in hoc episcopatu et principatu tridentino haberi, ac nuncupari debeant, iisdemque gratiis, libertatibus, privilegiis, praerogativis, ac praeeminentiae in caesareo diplomate expressis, ac de iure huiusmodi dignitati debitis, pariter frui, potiri, et gaudere possint et debeant. Mandantes propterea, et serio committentes omnibus et singulis capitaneis, assessoribus, locumtenentibus, Vicariis, iudicibus, magistratibus, universitatibus, et subditis nostris cuiuscumque status, gradus, et conditionis existant, ut deinceps perpetuis futuris temporibus memoratos illustres fratres, et consanguineos antiquos nobiles, et liberos S.R.I. barones de Salvadori, omnesque illorum legitimos haeredes, et descendentes utriusque sexus in infinitum, ut supra, tam in litteris quam nuncupatione verbali, iuxta rerum, et negotiorum exigentiam, tam in iudicio, quam extra, pro antiquis S.R.I. nobiles, et liberis baronibus ad sensum memorati caesarei diplomatis habere, dicere, et tenere, debitoque, ac consueto huiusmodi dignitati et gradui convenienti titulo nuncupare, et honorare debeant, et teneantur, sub poena marcarum quinquaginta auri puri fisco nostro applicandarum. In quorum fidem, et testimonium praesentes propria subscriptione munitas fieri, sigillique nostri maioris appensione iussimus, et fecimus communiri, quae dabantur Tridenti ex arce nostra castris Boni Consilii die tertia septembris anno millesimo septingentesimo nonagesimo.

Petrus Vigilius etc.

L+S. maioris pendentes.

J.B.^a Gentilotti Cancellarius aulicus etc.

Ad mandatum celsitudinis suae rev. mae proprium

Bernardinus de Mancini secretarius aulicus etc.

Nota. Istud diploma accepi ab ill. mo domino barone Gaudenzio Antonio de Gaudento hac die 16 septembris anno 1790, qua etiam illud fidelissime descripsi ex originali membraneo, figuris, ac literis etiam aureis ornato. Eidem autem subscribere non potuit episcopus die 3 septembris, quia Salisburgo Tridentum rediit post diuturnam absentiam die 13 septembris. Diploma Rudolphinum describam alio die.

321. Anno 1592 prodiit sequentis tenoris diploma. Rudolphus secundus divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Croatiae, Sclavoniae etc., rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae, et Wirtembergae etc., comes Tyrolis etc., fidei nostro dilecto Theophilo Salvatori⁵⁴ gratiam nostram caesaream, ac omne bonum. Cum ab imperatoria dignitate, dignitatum inter homines maxima, quam nos divino concessu obtinemus, honorum ac dignitatum incrementa ad reliquos mortales pro cuiusque meritis promanare soleant; ad officium nostrum pertinere imprimis existimamus, ut iis, qui suis, suorumque promeritis, ac virtutibus in ipsa hominum societate prae aliis excellunt, digna, quibus et ipsi magis magisque animentur, et alii ad eorum exemplum imitandum excitentur, praemia benigne liberaliterque decernamus. Edocti itaque, te iam dictum Theophilum Salvatorem, honestati et bonis moribus studuisse; idque unicum in votis habuisse, ut vel propriis meritis et virtutibus familiae tuae aliquando honori, et republicae

⁵⁴ Anno 1624 die 16 martii *Theophilus de Salvatoribus* fuit Tridenti, egitque de granis mantuanis emendis, scribente notario Antonio Bernardello, teste barone Gaudenzio Antonio Gaudento. Dominus Iosephus Castellius dixit mihi hac die 30 augusti 1798 quod Theophilus iste filius fuit presbyteri Thomae, quondam Bernardini de Salvatoribus de Pedersano.

commodo esse posses: eoque instituto incitatus per quadraginta continuos annos nobis, et augustae nostrae domui austriacae contra immanissimum christiani nominis hostem Turcam in Hungaria, tum etiam in Hispanicis, diversisque aliis bellorum motibus, et expeditionibus, spretis quibusque vita, et fortunarum periculis militasse; teque in iis omnibus ita gessisse, ut ob navatam militiae operam, fide et industria tua dignis praemiis affectus, et muniis militaribus condecoratus fueris; ultimo autem loco, nobis sub nobili nostro, et imperii sacri fideli dilecto Casparo comite Lodronio, dum nostrum in Statu finariensi commissarium ageret, fidelia obsequia praestitisse, ac etiamnum non minori tua cum laude, quam satisfactione nostra praestare, ita quidem, ut te deinceps etiam in eodem nos in dies magis ac magis demerendi studio constanter perseveraturum, filiisque tuis ad patria virtutum praemia incitamento futurum, minime dubitemus. Quam ob rem praetermittere sane nolimus, quin caesaream benignitatem nostram insigni aliquo munificentiae argumento, quod et tibi, et posteris tuis perpetuo honori atque ornamento sit, tibi clementer testatam redderemus. Motu itaque proprio, ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, ac de caesarea potestatis nostrae plenitudine, te praefatum Theophilum Salvatorem, omnesque liberos, haeredes, posteros, ac descendentes tuos legitimos utriusque sexus, natos, et nascituros in infinitum, ad nomen, ordinem, statum, gradum, coetum, et dignitatem nostrorum, et sacri imperii nobilium assumimus, attollimus, et aggregamus: vosque omnes et singulos iuxta qualitatem conditionis humanae nobiles, et tanquam de nobili genere, domo, et familia procreatos, dicimus ac nominamus, et ab universis ac singulis, cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, et praeeminentiae existant, pro veris nobilibus dici, nominari, haberi, ac reputari volumus. Statuentes, praesentique edicto nostro expresse decernentes, quod tu supradicte Theophile Salvator, omnesque liberi, haeredes, posteris, ac descendentes tui legitimo matrimonio orti, atque aeterna serie orituri, masculi ac foeminae, ex hoc perpetuo posthac tempore ubique locorum, ac terrarum, tam in iudiciis, quam extra, in rebus spiritualibus, et temporalibus, ecclesiasticis, ac profanis quibuscumque, etiamsi tales essent, de quibus in praesentibus specialis, et individua mentio fieri deberet; nec non in omnibus et singulis actibus et exercitiis, iisdem honoribus, dignitatibus, officiis, iuribus, libertatibus, insignibus, privilegiis, praeeminentiis, gratiis, et praerogativis uti, frui, potiri, et gaudere possitis, ac valeatis, quibus caeteri nostri, et S.R.I. veri nobiles de nobili prosapia, a quatuor avis paternis et maternis geniti, utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent quomodolibet, consuetudine, vel de iure. Ut autem huius nobilitatis vestrae perpetuum extet documentum, pleniorque beneficio decorata in oculos hominum incurrat; eadem autoritate nostra caesarea tibi, Theophilo Salvatori, legitimisque descendentes unioversis, utriusque sexus, infrascripta armorum insignia perpetuo habenda, et deferenda clementer dedimus, concessimus, atque elargiti sumus, prout vigore praesentium damus, concedimus, et elargimur, scutum videlicet secundum latitudinem zona aurea, tribus rubescentibus pyris aequali intervallo locatis, et deorsum pendentibus exornata divisum: cuius superior pars caerulea, sive azurea, duas claves candidas, sive argenteas, manubriis aureis decoras, instar crucis oblique nexas, et funiculo viridi colligatas contineat; supra clavium autem medium stella aurea, octo radiis fulgida resplendescat. Inferior pars rubra pedem albicantem anseris dextrorsum in medio recta insistentem praesentet. Scuto incumbat galea aperta, clathrata, tornearia, quae vulgo dicitur cancellis et marginibus aureis, ac phaleris, sive laciniis a dextro caeruleis, et croceis, sive aureis; a sinistro vero candidis, sive argenteis, et rubeis, mixtim circumfusus, ac serto, quod eorundem colorum fasciis contortum sit, imposito exornata: serto vero ipsi stella itidem aurea, octo radiis coruscans, insistere videatur; quemadmodum haec omnia in medio praesentis diplomatis nostri ingeniosius elaborata, et visui obiecta clarius conspiciuntur.

*Locus
picturae
armorum*

Volentes, eademque autoritate nostra firmiter decernentes, quod tu, supradicte Theophile Salvator, omnesque liberi, haeredes, posteris, et descendentes tui legitimi, masculi ac foeminae, nati, ac nascituri in omnem posteritatem, iam descripta armorum insignia ex hoc perpetuo deinceps tempore in omnibus, et singulis honestis, ac decentibus actibus, exercitiis, et

expeditionibus, tam serio, quam ioco, in hastilibus ludis, seu hastatorum dimicationibus, pedestribus, vel equestribus, in bellis, duellis, singularibus certaminibus, et quibuscumque pugnis, eminus, cominus, in scutis, banneriis, vexillis, tentoriis, coenotaphiis, sepulcris, aedificiis, parietibus, ostiis, lacunaribus, fenestrinis, tapetibus, annulis, monilibus, sigillis, ac supellectilibus quibuscumque, tam in rebus spiritualibus, quam temporalibus, et mixtis, in locis omnibus, pro rei necessitate, et voluntatis vestrae arbitrio, aliorumque nobilium armigerorum more, libere, et absque impedimento habere, gestare, ac deferre, iisdemque quovis modo uti possitis, et valeatis. Aptique sitis, et idonei ad ineundum et recipiendum omnes praerogativas, gratias, libertates, exemptiones, feuda, iura, vacationes a muneribus, et oneribus quibuscumque realibus et personalibus, sive mixtis: ad utendum quoque singulis privilegiis, quibus coeteri a nobis, et S.R.I. huiusmodi ornamentis, et nobilitatis insigniis decorati, et feudorum capaces, atque participes utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent; ac ad quaecumque de lege, iure, vel consuetudine admittuntur; omnibus et singulis, quae huic nostrae gratiae allatura impedimentum videntur, penitus sublatis. Mandamus ergo universis et singulis electoribus, aliisque principibus ecclesiasticis, et saecularibus, archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, clientibus, capitaneis, vicedominis, gubernatoribus, advocatis, praefectis, procuratoribus, praesidentibus, officialibus, quaestoribus, civium magistris, iudicibus, consulibus, regum heraldis et caduceatoribus, ac omnibus denique nostris, et S.R.I. fidelibus dilectis cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut praeeminentiae extiterint, ut te saepedictum Theophilum Salvatorem, omnesque liberos, haeredes, posteros, ac descendentes legitime natos atque nascituros in infinitum, utriusque sexus, omnibus et singulis privilegiis, gratiis, libertatibus, ac iuribus, praesenti nostro diplomate concessis, eo, quo in superioribus habentur modo, pacifice, quiete, et sine omni prorsus impedimento uti, frui, potiri, et gaudere sinant; idque ipsum ab aliis etiam sedulo fieri curent. Si quis autem praesens edictum nostrum ausu aliquo temerario transgredi, seu violare conatus fuerit, is, prater nostram, et imperii sacri indignationem gravissimam, poenam quinquaginta marcarum auri puri fisco, seu aerario nostro imperiali, et parti laesae, omni spe veniae sublata, solvendam, se noverit ipso facto incursum. Harum testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum, et sigilli nostri caesarei appensione munitarum. Datum Pragae die octava novembris anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, regnorum nostrorum Romani decimo septimo, Hungarici vigesimo, et Bohemici itidem decimoseptimo.

Nota. Ita exemplum huiusmodi diplomatis factum manu laudati ill.mi domini baronis Gaudentii Antonii de Gaudento, in quo desideratur promissa subscriptio caesaris, necnon subscriptio cancellarii, aut vice cancellarii, et secretarii, ac nota illa *L.S. pend.* Sic scripsi die 17 septembris 1790 in conventu tridentino sancti Bernardini. Confer To. I *Variarum inscriptionum* 745, 315, 1085, 1086. Originale dicti diplomatis est penes nobiles Salvatorios Murii, unde Tridentum venerunt nostri tridentini, ubi anno 1729 civitate donati fuerunt Isidorus, Iacobus, et Valentinus Salvadori fratres quondam Francisci; et seorsim Iacobus, Angelus, Valentinus, et Carolus Salvadori fratres quondam Isidori.

322. Anno 1538, indictione undecima, die sextodecimo mensis augusti, in pertinentiis et Contrata Opulli Regulae Murii, supra viam, per quam itur versus Nachum, in infrascripto prato apud viam paedictam, vallis Lagarinae. Praesentibus ser Ioanne Pasio quondam ser Ioannis Fr... de Nigris de Murio, ser Blasio quondam ser Andreae quondam ser Iacobi Martini eiusdem loci, ser Marco quondam ser Hieronimi Scartezini⁵⁵ dicti de la Salvadora de Molina, ser Iacobo de Berlanda de Gavazio, omnibus testibus ad hoc vocatis et rogatis. Ibique ser Iacobus Antonius quondam ser Ioannis Tranquillini de Murio habens ius in infrascripta re etc., titulo venditionis dedit, vendidit, et tradidit ser Michaeli quondam ser Donati dell'Ursulina Naci ibi praesenti, ementi, et acquirenti pro se, et suis haeredibus, ac nomine, et vice Donati eius nepotis ex quondam ser Iacobi (sic) eius Fratris (sic), et eius haeredum, unam petiam terrae privativam, sitam

⁵⁵ Anno 1603 vixit Ioannes Baptista Scartezinus primus iuratus villae Spredi plebis Pahi.

in pertinentiis Opuli Regulae Murii. Cui confinat a meridie via communis, a sero... D. de Gresta, cum rugea etc.⁵⁶ Quod pratum fuit pericatum per praedictum ser Ioannem Passium etc.

L+S. Ego Hieronymus Bonatus quondam domini Appo. Bonati de Thierno Murii notarius praedictis interfui, et rogatus scripsi etc.

Nota. Haec ex originali servato in archivio castri tridentini transcripsi anno 1761, mense augusto. In eodem originali fit mentio etiam Ioannis Iacobi Tranquilini, Stephani de Tranquilinis, et Bartholomaei Tranquillini. Notandum praesertim illud *Scartezini dicti de Salvadora*. Notandum insuper quod *Molina* est vicus muriensium.

323. Anno 1727 Ursulinae moniales Oeniponti Romam scripserunt has literas: Em.mi, e Rev.mi signori. Desiderandosi dalle monache Orsoline d'Ispruch erigere un monastero del loro istituto nella città di Trento, nella quale è necessario tale Istituto per buon allievo delle zitelle nell'istruirle nella dottrina cristiana, et altre virtù, hanno procurato d'acquistare un luogo, per ivi fabricare il monastero in detta città, che deve ridursi in stato di monastero, doppo ottenuta la benigna permissione dell'EE.VV. per l'erezzione di esso in formale monastero di clausura. Perlochè si supplica, attesa la rendita, che tiene detto monastero erigendo di quattrocento ottanta fiorini investiti ne' Banchi di Vienna, e nel fondo di una villa prossima alla detta città di Trento donata da un piissimo benefattore per detta fondazione, essendovi denaro bastante per compire la fabrica del monastro erigendo nel luogo destinato, e compire la chiesa colle sacre suppellettili, campanile, et altro necessario, perché restino le rendite suddette colle doti, che pagaranno le monache ingressure per il mantenimento di dodici per ora numerarie da stabilirsi in detto monastero, si come è ben noto a monsignor vescovo, che consente a tale erezzione, e si è giustificato quanto di sopra. Si supplicano pertanto l'EE. VV. di concedere la facultà di detta erezzione in clausura, coll'ingresso in essa di tre monache del detto monastero d'Ispruch, che dovranno essere fondatrici di detto nuovo monastero, di età, e prudenza matura, già notiziata a monsignor vescovo di Trento, et approvata dal medesimo etc.

Sacra Congregatio em.morum et rev.morum S.R.E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et Regularium praeposita, referente E.mo Petra⁵⁷, benigne commisit episcopo tridentino ut veris existentibus narratis, et quatenus sibi constiterit, fabricam dicti conservatorii cum ecclesia, campanili, sacristia, choro, refectorio, dormitorio, hortis, et spatiis, numeris omnibus esse absolutam, et supellectili tam sacra, quam prophana sufficienter instructam, eique annum perpetuum redditum pro alendis saltem duodecim monialibus, ad praefatam monasterii formalis declarationem cum clausura, sub omnimoda iurisdictione, et subiectione Ordinarii tridentini pro tempore, ac sub enunciatum Istituto Ursularum, pro suo arbitrio, et conscientia, servatis servandis deveniat, cum facultate eidem episcopo introducendi in idem monasterium tres fundatrices eiusdem Instituti pro introducenda, et stabilienda regulari observantia, per tempus ipsimet Ordinario benevisum. Et in reliquis omnia quae circa huiusmodi novorum monasteriorum foundationes per sacros canones, sacrum Concilium tridentinum, et constitutiones apostolicas praescripta sunt, religiose servantur. Romae 20 iunii 1727.

L+S. Card. Franciscus Barberinus.

P. A. Archiepiscopus Larissae secretarius.

Nota. Originale huius monumenti mihi ultro exhibuit die 21 septembris 1790 nobilis ac spectabilis dominus Iosephus Franciscus de Castello de Trilaco civis et habitator, ac notarius collegiatus Tridenti. Ursulinae Oeniponto Tridentum venerunt anno 1721. Habitarunt primum in palatio Firmiano apud s. Magdalenam, deinde in Arborano⁵⁸, tandem die 2 octobris 1717 obtinuerunt Fralemanum cum ecclesia s. Elisabeth, tunc Patrum Theatinorum. Nunc ibi habent elegantem ecclesiam sub titulo s. Ioseph, amplumque monasterium. Sunt tamen aere aliorum gravatae. Fundatrices Oeniponto Tridentum venerunt anno 1721, die 27 iunii, fueruntque Mater

⁵⁶ Saeculo XVIII floruit Andrea Salvadori poeta fiorentino, teste Antonio Maria Salvino.

⁵⁷ Vincentius Petra.

⁵⁸ *Palazzo delle Albere.

Eleonora de Trienbach, Mater Catharina de Graben, et Mater Maria Carolina de Sancto Vigilio a Thunn tridentina.

324. Anno 1493, die 5 augusti Tridenti scripta fuit investitura feudalis ab Udalrico Hildishauner secretario episcopali, in qua nominatur Contrata villae Trilaci, ubi dicitur *a Castel*, et una domus in loco, ubi dicitur *a Castel* in villa Trilaci, quam possidet Ioannes Tabarelli. Item illi de Paisanis. Item haeredes Iacobi de Gislimbertis: illi de Corradellis; Donatus Fanti. Filii quondam Antonii de Corradellis. Vivianus quondam Trilaci. Haeredes Dominici de Gislimbertis. Haeredes Buratini. Andreas a Ferro. Haeredes presbyteri Pauli. Donatus a Birretis. Haeredes Hendrici Marinelli. Petrus Rodella. La Crosara. Iacobus Butarini. Pelegrinus a Ponte. Iacobus Ioannini de Lana. Matthaeus Gislimberthi. Feuda olim magistri Guardini de Grignano. Pertinentiae Tridenti, in loco ubi dicitur *a Pont Corniclo*; et ubi dicitur *a Zann* prope *Pontem dai Cavai* prope sanctum Donatum. Haeredes quondam Luchini de Grignano. Apud s. Donatum in loco ubi dicitur *a la Poza*. Via, qua itur ad Lastas post castrum Boni Consilii.

325. Anno 1528, indictione prima, die veneris nono mensis octobris Tridenti in Contrata Portae Oriolae, in studio domus habitationis magnifici domini Antonii Ticini iuris utriusque doctoris. Praesentibus spectabili iuris utriusque doctore domino Petro Alexandrino, domino Ioanne Ianono, et domino Alovio filio quondam magistri Andreae a Scola de Romagnano, ambobus notariis, et omnibus tribus civibus, et habitatoribus Tridenti, testibus. Transactio facta fuit inter homines Communis Pinedi parte ex una, et Iacobum quondam Christani pro se et patruo, ac eius fratre, Leonardum pro se, et haeredibus suis, et Martinum pro se, et suis fratribus, omnes de la Ca granda de Nogaredo ex altera, medio, et interpositione magnifici iuris utriusque doctoris domini Antonii Ticini, cui magnifico domino Antonio Tesino (sic) commissa fuit differentia per magnificos dominos locumtenentes. Intervenientes pro communi Pinedi fuerunt Antonius filius quondam Ioannis Aurichalchi Regularus dicti Communis; Iacobus de Campo longo filius quondam Ioannini de Fornace syndicus eiusdem Communis, ac Ioannes quondam Christeli de Vico, et Alexander de Sternico asserti procuratores, et vicini dicti Communis, qui egerunt contra illos de Nogaredo pro certo prato nuncupato *el Pra Secho, over el Pra novo*, sito in pertinentiis Montagnagae Communis Pinedi, cum uno stabulo intus posito. Concessum est accipere ligna, seu stropalia pro clausura dicti prati totiens quotiens occurrerit. Rennenses viginti novem in duobus terminis. Marcas campsarii et notariorum. Poena marcharum quinquaginta Camerae rev.mi domini nostri tridentini applicandarum pro medietate.

Aldrigetus filius ser Antonii de Gislimbertis de Trilaco civis et habitator Tridenti, publicus imperiali auctoritate notarius scripsit.

Nota. Ego Fr. Ioannes Chrysostomus de Avolano Minorita Reformatus integrum documentum descripsi pro Nogaretanis de Casa grande, dictis a Domomagna, hoc die 13 novembris 1790, rogatus a nostro P. F. Hilario Casagrande de Bampis Civezani, cui proinde addidi: Anno Domini 1790, indictione 8, die sabbati 13 mensis novembris, Tridenti in Contrata Sancti Bernardini, ex athentico praedicti quondam egregii viri domini Aldrigeti de Gislimbertis notarii publici descriptum fuit exemplum istud, nihil penitus addito, vel omissio. Laus Deo Optimo Maximo. Libello pp. 12 in 4^o emisso titulum feci: *Transactio in causa Prati Sicci, seu Novi Montagnagae Pinetanos inter et Nogaretanos facta Tridenti anno 1528*. Praefatus magister Andreas a Scola de Romagnano alibi dictus fuit Ioannes Andreas de Monticulo parmensis dioecesis, ludi litterarii praeceptor Tridenti ad annum 1497. Obiit ante annum 1512. Filius eius anno 1540 dictus fuit discretus dominus Ioannes Aloisius Romagnanus notarius, civis et habitator Tridenti, filius quondam spectabilis ludi literarii praeceptoris domini Ioannis Andreae Romagnani. Videsis nostrum Catalogum Praetorum Tridenti; Notariale, et Inventarium ac Spicilegium cazuffianum.

326. Anno 1781, die 10 novembris hic Tridenti rogatus nomine curati prantiensis, plebis Thenensis, descripsi membranam quamdam hoc modo: Exemplum ex autentico relevatum.

L.+S. Anno Domini millesimo ducentesimo LVII, indictione XV, die dominico decimoquarto intrante ianuario, in Ripa, in ecclesia Sanctae Mariae plebis Ripae, in praesentia maistri (sic) Averardi medici, et domini Amatoris, filii quondam domini Alberti de Negrelo, et Parisii filii quondam domini Ioannis presbyteri de Thenno testium ad hoc. Ibique dominus Riprandus de Arco per se, et per suos haeredes nomine recti, et honorabilis feudi investivit Bonvexinum filium Bonorae de Pozo de Pranzo, nominatim de tota ea decima, in integrum, quam dictus Bonvexinus, et quondam eius pater Bonora dicto domino Riprando, vel quondam suo patri dare, et reddere tenebatur de domo sua, aut de possessionibus iacentibus in pertinentiis, et territorio (sic) de Pranzo, et etiam de tota ea decima in integrum, quam dictus Bonvexinus adquisierit in pertinentia Pranzi de illis possessionibus, quae solvunt decimam dicto domino Riprando, ita tamen, quod dictus Bonvexinus, et sui haeredes, et cui dederit, habeant, et teneant omnia suprascripta ad feudum dicto domino Riprando, et suis haeredibus, et de eo feudo faciat quicquid facere vellit secundum consuetudinem feudi sine contradictione dicti domini Riprandi, et suorum haeredum; et promisit insuper dictus dominus Riprandus per se, et per suos haeredes dicto Bonvexino suisque haeredibus, et cui dederit dictum feudum, cum omnibus rationibus, et actionibus dicto feudo pertinentibus, expedire, defendere, et warentare sub poena duppli secundum quod pro tempore fuerit melioratum, aut valuerit in extimatione bonorum virorum in consimilibus locis: et dedit ei dictum Parisium, ut ponat illum Bonvexinus in tenutam de dicto feudo; qui dictus Bonvexinus iuravit fidelitatem dicto domino Riprando contra omnem personam, anteposita fidelitate anteriorum dominorum, si quos haberet.

Ego Bertoldus notarius sacri palatii interfui rogatus et scripsi.

L.+S. Ego Iohannes domini Conradi regis Romanorum notarius autenticum huius exempli vidi, et legi, ut in eo continebatur et ita in isto scripsi, nil addens, neque minuens, praeter pontum vel sillabam, quod sensum mutet in aliquo, vel sententiam. Meum signum posui, et me subscripsi.

327. L.+S. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indictione undecima, die dominico ultimo exeunte augusto, in burgo Archi, apud ecclesiam sanctae Mariae plebis. In praesentia Panteli, Hengelfredi, Pauli, Iohannis notariorum, et aliorum testium. Ibique Bonvesinus quondam Bonorae de Pranzo per sacramentum fidelitatis, quod facit per praesens instrumentum, dat, et designat domino Olrico de Archu praesenti feudum, quod ab ipso tenet, in subscriptis, scilicet honorem domi suae, bannum L solidorum, coltam, amiserium, albergariam, et alia condicionalia servicia, et decimam suarum terrarum, et decimam, quae fuit quondam domini Riprandi de Archo in pertinentiis Pranzi, et decimam emptam a Marzato quondam Daynae, et Aguleto quondam Galli de Cuoreo de plebatu Nomasii, quae decima iacet in plebatu Nomasii. Item decimam emptam ab haeredibus quondam domini Nicolay Sosiolaie iacentem in pertinentiis Pranzii. Et haec dicit, et confitetur se habere, et tenere in feudum a praedicto domino. Et si plura inveniet, et recordabitur in suprascriptis, dabit, et designabit, salvo quod debet facere rationem pro ipso domino.

Ego Barifaldus quondam domini E. episcopi tridentini, et domini Lo. comitis sancti Bonifacii notarius interfui rogatus et scripsi.

Nota. Ego frater Ioannes Chrysostomus Thovatus de Avolano Seraphici Ordinis Minorum strictioris Observantiae professor, et hanc membranulam descripsi rogatus a R. D. curato prantiensi Rocho Guella de Prantio, nato anno 1749. De notario dixi in Notariali tridentino pag. 61, 63,74, 286 ac To. 2 Epistoalrii 561. Pantaleon Tridenti lingua germanica dicitur *Pantele*. Cetera praetero.

328. Anno 1791, die 3 ianuarii hic Tridenti accepi a veronensibus sub datum Veronae 30 decembris 1790 foliolum typis impressum tenoris sequentis: *Scomunica* contro quelli che commettono fraude così nell'esperre come nel pigliar creature alla venerabil Casa della Santa Pietà di Verona. (Hic est effigies B.M.V. cum Iesu super genua e cruce deposito: cumque hisce literis: *Hospitale S. D. Pietatis et Christi Pauperum*). La santità di N.S. Papa paolo III per liberar la venerabile Casa della santa Pietà di Verona dalle molte fraudi, che da molti padri e

madri, ed altri, così nell'espore, come nel pigliar le creature gli vengono fatte: per causa di che la spesa tanto soprabonda, che le sue entrate non possono più supplire; al che desiderando provvedere sua santità statuisce et ordina, che tutti quelli che hanno possibilità di allevare i loro propri figliuoli così legittimi, come naturali, non possano, né debbano in modo alcuno mandare, portare, o espore a detta Casa della S. Pietà così i detti figliuoli come altri stranieri, o di altra diocese sapendo di chi siano figliuoli, e fingendo che siano orfani senza padre e madre. Né meno o i proprii figliuoli esposti pigliare, o far pigliare a nutrice alle proprie mogli, o madri di essi figliuoli per averne la mercede, sotto pena di scomunica, nella quale incorrano *ipso facto* quelli contrafarano; dalla quale non possino essere assolti se prima non averanno soddisfatto, o non saranno restati d'accordo con li magnifici signori presidenti di detta Casa della S. Pietà. E come più amplamente appare nel Breve apostolico dato in Roma appresso s. Marco sotto l'Anello del Pescatore il di 12 novembre MDXXXXVIII. In quorum fidem etc.

Veronae ex episcopatu die 13 octobris 1589.

Franciscus a Lege Cancellarius.

Nota. Haec descripsi propter adnotata To. 2 Epist. 412 et To. 3 Epist. 649, ac 646. Nunc Priore della S. Casa di Pietà di Verona è il nobile signor Co. Passeri.

329. Aquisto della spettabile comunità di Roveré dal comun di Norei dell'aqua.

In Christi nomine. Anno ab eius Nativitate 1571⁵⁹, indictione XIII, die primo martii, in villa Norillii iurisdictionis Roboreti Vallis Lagarinae dioecesis tridentinae, super Plathea dicti loci, ex opposito ecclesiae sancti Martini. Praesentibus ibidem reverendo domino presbytero Antonio curato Communis Norillii, filio ser Iacobi ab Ecclesia Asiaghi; nobili domino Bartholomaeo filio quondam nobilis domini Benevenuti de Beneventis Clusolarum, ac magistro Antonio filio quondam ser Petri Peterlini a Vallebusa Roboreti, testibus notis, adhibitibus, et rogatis etc. Quum sit, quod serenissimus princeps Ferdinandus archidux Austriae, dux Burgundiae, inclitusque Tyrolis comes etc., dominus, dominus noster gratiosissimus, clementer, et gratiose requisiverit per literas suas quae in Libro Consiliorum anni ... (sic) magnificae Communitatis Roboreti inserentur, et in calce praesentis instrumenti registrabuntur, commune, et homines Norillii, ut velint dare, et concedere unum fontem scaturientem in pertinentiis sui Communis pro beneficio castrum et oppidi Roveredi, ac publico ornamento: volentes dicti homines et Commune, ut par est, suae serenissimae celsitudinis eorum clementissimi domini et principis obedire mandatis, more solito, et in loco solito citata, et congregata eorum Regula, in qua aderant infrascripti, videlicet: Dominicus quondam Christophori a Fonte massarius Communis Norillii.

Michael quondam Dominici Petri nigri.

Vincentius quondam Matthaei a Busco.

Christanus quondam Ioannis Schivazappa.

Hi tres iurati praedicti Communis.

Dominus Thomas Balterius.

Christophorus de Campo longo.

Ser Georgius a Pergula Saltariae.

Ser Andreas de Campo longo.

Ser Christanus Toldus Saltariae.

Michael quondam Andreae a Fonte.

Gotardus quondam Ser Petri Balterii.

Franciscus quondam Ioannis Balterii.

Simon ser Ioannis a Buscho.

Mthaeus quondam Dominici a Buscho.

Antonius Iechele de Petris nigris.

Mathaeus quondam Laurentii Campi longi.

Dominicus quondam Leonardi Ioannis Victoris.

⁵⁹ sic numeris arabicis. Omnia sua instrumenta incipit sine *Amen* notarius infrascriptus.

Valentinus quondam Leonardi Zaphoni.
Mathaeus quondam Mathaei a Buscco.
Thomas quondam Mathaei a Buscho.
Iacobus quondam Dominici a Glerosa.
Laurentius quondam Ioannis a Fonte.
Leonardus quondam Christani a Glerosa.
Thomas quondam Vincentii Bechechei.
Ioannes ser Dominici Bechechei⁶⁰
Laurentius quondam Dominici Fait.
Simon quondam Thomae a Costa.
Franciscus quondam Georgii a Serra.
Thomas quondam Laurentii Campilongi.
Simon filius Ioannis Bechechei.
Gaspar quondam Ioannis a Fonte.
Ioannes quondam Mathaei a Buscho.
Gaspar a Senterio quondam Simonis.
Luca (sic) quondam Christani Prosseri.
Leonardus quondam Philippi Pinter.
Dominicus quondam Ioannis a Pergula.
Antonius quondam Leonardi Ioannis Victoris et
Dominicus filius ser Laurentii de Zuchellis

Qui sunt ultra quatuor partes de partibus quinque hominum Communis Norillii, agentes nomine ipsius eorum Communis, et suorum haeredum, et quorumcumque in eo habentium interesse particulare, pro quibus etiam particularibus de rato promiserunt in propriis et communibus bonis.

Concesserunt, et gratiose dederunt ipsum fontem, et ius illum ducendi per eorum commune, ac pertinentias, illustri, ac generoso domino Baldessari Traucen dignissimo capitaneo dictae arcis Roboreti, recipienti, et stipulanti nomine serenissimae Superioritatis pro tertia parte pro beneficio dictae arcis, et magnifico ac excellenti legum doctori domino Francisco filio quondam Saybandi, et domino Donato Saviolo, ac domino Paulo Trentino provisoribus magnificae communitatis Roboreti, et eo nomine praesentibus, recipientibus, et stipulantibus pro aliis duobus tertiis pro beneficio oppidi Roboreti, seu et mihi infrascripto notario tanquam publicae personae stipulanti nomine omnium et singulorum praedictorum, ac recipienti, seu nomine omnium quorum interest, vel intererit; idque fecerunt commune, et homines suprascripti conditionibus infrascriptis, videlicet, quod ultra concessionem ipsius fontis, et nunc, et in futurum non intendunt obligati esse ad faciendas aliquas operas manuales, vel canones, eosque reparandos, seu resarciendos pro ipso fonte manutenendo; sed dictus illustris dominus Baldessar Traucen⁶¹, seu alii, qui pro tempore erunt capitanei arcis Roboreti; et similiter magnifici domini provisoires qui nunc sunt, et in futurum succedent, ad ea onera et factiones teneantur. Et ita sua illustris Dominatio respectu tertiae partis concessae pro beneficio castris, et antedicti magnifici domini provisoires respectu aliarum duarum partium de tribus concessarum suae magnificae communitati, promiserunt ipsis hominibus et communi praesentibus et recipientibus praevia stipulatione, seu mihi notario tanquam publicae personae stipulanti, et recipienti nomine illorum, et quorum interest, eos a praemissis oneribus et factionibus conservare. Item etiam dicti homines sibi reservarunt in casibus maximarum siccitatum ius aquae hauriendae ex dicto fonte, absque tamen laesione canalium, pro usu et necessitate personarum suarum, sed non pro usu irrigandi prata: quod dictus illustris dominus Baldessar, et magnifici provisoires pro se, et nomine successorum fieri contenti fuere, dummodo ab ipsis respective dominis capitaneis, et provisoribus qui pro tempore erunt, cognoscatur prius super tali necessitate, et praehabita causae

⁶⁰ Infra in eodem protocollo est Bechachei.

⁶¹ Infra num. 361 idem notarius scripsit *Trauthson*. Ceterum *Trauczen* est etiam To. 1 Variarum inscript. 85.

cognitione obtineatur ab eis licentia, ne sit in facultate cuiuscumque personae siccitatem, et necessitatem commentari, et privare castrum, et oppidum Roboreti usu aquae post gravissimas expensas, quas fecissent in eis conducendis.

Quae omnia, et singula suprascripta in praesentique documento contenta, ambae partes suprascriptae, nominibus quibus supra intervenientes, dictis nominibus respective sua suis et singula singulis congrue debiteque referendo promiserunt ad invicem, et vicissim cum stipulationibus hinc inde solemniter intevenientibus, semper et perpetuo firma, rata, et grata habere, tenere, attendere, observare, et adimplere, et non contrafacere, nec contravenire per se, vel alios, ratione aliqua iuris, aut facti, sub poena duplae importantiae etc., et refectionis damnorum omnium, ac interesse litis, et extra; quibus solutis, sive refectionis, vel non; tamen omnia quaeque suprascripta servare etc. Pro quorum observatione obligarunt omnia eorum bona praesentia et futura, propria et sui comunis suprascripti respective, pro quo intervenientes ut supra, semper intervenientibus stipulationibus mutuis etc. in solemnibus etc.

Ego Ioseph Resminus notarius rogatus scripsi etc.

Sequitur tenor literarum serenissimi principis directarum hominibus Communis Norillii, de quibus supra facta est mentio, ut infra videlicet.

Nota. Hactenus descripta reperi in protocollo Iosephi Resmini notarii roboretani de anno 1571, fol. 75, qui literas principis non attulit, etsi vacuum pro ipsis reliquerit. Volumen est in folio: fuitque ad me missum die 26 Ianuarii anno 1791 a R.P. Amedaeo de Roboreto Guardiano nostro Roboreti ad s. Rochum, ut ex eo describam relatum documentum in gratiam cuiusdam personae benefactricis nostrae.

Extra inscriptum est *Protocollum anni 1571*. Incipit a die 2 ianuarii, ac finit die 23 decembris dicti anni. Character est non malus, sed notarialis, ac sui saeculi. Alius nescio quis manus germanicae tentavit describere praefatum documentum, scripsitque sequentia: Roboreti Vallis Lagarini diocesis tridentini, super Platea tali loci ex opposito ecclesiae s. Martini, praesentibus ibidem reverendo domino Christophoro Antonio curato communitatis Norillii, filio Ciriaci ab Ecclesia associati (adiuncti), nobili domino Bernardo quondam nobili domino Benevenuti de Benevenutis, Clusolens, ac Marco Antonio figlio (sic) quondam Petri Peterlini ad Vallebusa Roboreti.

330. Anno 1571, indictione 14, die 2 ianuarii Roboreti Vallis Lagarinae dioecesis tridentinae, magister Benedictus filius quondam magistri Stephani Garbarii de Burgo s. Catherinae Roboreti, ser Gotardus Baltherius Norillii, ac Iorius quondam Iacobi a Zaffonibus Saltariae testes. Dominicus filius quondam ser Christophori a Fonte de Norillio⁶². Nicolaus filius quondam Antonii de Martinellis a Petra de Cimono servitor domini Thomae Baltherii Roboreti. Rhenenses in ratione carentanorum 60 pro unoquoque Rhenense. Ora Platheolae Ocharum. Bartholomaeus filius Bonhominis Galeoti de Plebe, Antonius filius Ioannis Vaschoni Avii incola Roboreti, Mathaeus quondam Francisci Flacheti de Roboreto. Magister Marcus Malinvernus faber ferrarius de Roboreto a Platheola Ocharum. Dominus Antonius Cerra habitator in Cugulo agri Vincentini⁶³. Ducati valoris grossorum 31 pro singulo. Homines de Trambelleno. Quondam egregius dominus Ioannes Iacobus Cobellus notarius anno 1548, et 1554. Antonius filius Ioannis Saffari a Puthea massarius Communis Trambelleni. Michael quondam Benedicti Rigele a Puthea, et Marcus quondam Benedicti a Pocaldo iurati Communis Trambelleni. Ser Blasius filius ser Antonii Bisoffi de Vanzia de Trambelleno. Pascua Pasubii, Lastei, et Cosmaioni. Ducati veneti in ratione grossorum 31 pro singulo. Dominus Antonius de Cerris vicentinus. Dominus Thomas Baltherius de Roboreto. Nicolaus filius ser Iacobi de Bertis de Drena comitatus Archi servitor dicti domini Thomae. Ser Simon filius quondam Antonii de Fopiano Communis Vallarsiae. Quondam ser Ioannes Peverinus de Roboreto. Dominus Antonius quondam ser Iacobi Fornera de Volano. Quondam egregius dominus Iosephus Gandinus notarius Roboreti anno 1569.

⁶² Nunc Norillii est familia dicta Fontana.

⁶³ Cogolo agri scledani 17 P. M. a Vicentia distans.

331. Anno 1571, die 8 ianuarii Roboreti in stuba inferiori domus haeredum quondam magnifici domini Pauli Madrucii vocata la Stua vechia, quam habitat nobilis et excellens phisicus dominus Ioannes Maria Veggius civis Roboreti. Blasius filius Guielmi Fraport a Pathono, et Doricus filius Ioannis a Dosso de Pathono testes. Ser Antonius filius quondam ser Fiorini de Novarna iurisdictionis Castrinovi. Terra in pertinentiis Brancolini. Magister Mista de Mistatis Iseriae. Meneghellus de Castellano confines. Raynenses in ratione grossorum 60 pro singulo.

332. Anno 1571, die 12 ianuarii in Sacho Vallis Lagarinae, in stuba inferiori domus domini Gratii Bonfioli. Praesentibus ser Dominico filio quondam ser Augustini Abrami, et Gulielmo de Armanis Manzani incola Sachi. Dominus Ioannes Dominicus Septus cancellarius Roboreti, dominus Albertus, et Franciscus filius egregii domini Gratii Bonfioli de Sacho. Dominus Gaspar Cosmus de Roboreto. Dominus Baptista filius domini Marsilii de Marsiliis Sachi.

Ego Ioseph filius quondam Christophori Resmini notarius publicus Roboreti suprascriptis omnibus interfui, rogatusque, et requisitus scripsi, ac in fide sic me subscripsi.

333. Anno 1571, die 13 Ianuarii Roboreti magister Gratiolus filius quondam Francisci de Friciis Roboreti. Magnificus et excellens dominus Franciscus Betta.

Die 15 ianuarii magister Mathaeus filius ser Augustini Roversi de Roboreto. Magister Paulus samitarius in Roboreto filius ser Simonis de Fopiano. Magister Ioannes Baptista filius quondam domini Ambrosii quondam domini Batholomaei Parolini de Roboreto. Nobilis dominus Fricius filius quondam nobilis et excellentis phisici caesarei domini Francisci Parthini de Roboreto. Iacobus Martinus Bertancus de Padengis Salodii samitarius Roboreti.

334. Anno 1571, die 15 ianuarii Roboreti, in stuba domus habitationis nobilis domini Bartholomaei filii quondam nobilis et egregii domini Benevenuti de Benevenutis Clusolarum. Praesentibus Gaspere quondam Gregorii Cestarii archensis incolae (sic) Roboreti, domino Iosepho filio quondam domini Hieronimi Figuli de Bazolis cive Roboreti, ac Petro quondam Mathaei a Costa Vallarsae incola Roboreti. Domina Maria filia quondam ser Bernardini Murlini nominata la Fusara, relicta quondam Pellegrini de Alla in secundo matrimonio, defuncta diebus proxime elapsis, institutis haeredibus suis nobili domino Bartholomaeo filio quondam nobilis domini Benevenuti de Benevenutis notarii Roboreti, magistro Ioanne Maria filio quondam ser Ioannis Iacobi Paganini et magistro Mathaeo filio ser Augustini Roversi de Roboreto, egregius dominus Marcus a Porta notarius Roboreti, nobilis dominus Ioannes Nicolaus Troilus, et dominus Iosephus Bazolus de Figulis ambo de Roboreto divisores haereditatis. Haeredes magistri Nicolai Stringarii, et illi de Petrisbonis confines Roboreti.

335. Anno 1571, die 15 ianuarii Roboreti Antonius Iochele de Saltaria. Egregius dominus Benevenutus clusolanus. Albertus Segalla de burgo Roboreti. Ser Ioannes Mafeotus de Burgo s. Catherinae Roboreti. Magister Mathaeus Reversus. Conventus s. Mariae in plebe Lizzanae. Una petia terrae cum moris, vel morariis in ea sitis in loco dicto *al Capitel della Fusara*, in Regula dicta *al Frassen*, idest in Regula Roboreti al Frassen.

335bis. Anno 1571, die 17 ianuarii Roboreti, praesentibus eccellente physico domino Marco Antonio filio nobilis domini Gasparis de Cazano agri brixienensis civis Brixiae, incola (sic) Roboreti, magistro Lodovico filio quondam magistri Nicolai Snaider de Burgo s. Catharinae Roboreti, magistro Valentino samitario filio quondam ser Andreae Marsiliae a Portis, magistro Paulo samitario filio ser Simonis de Fopiano, magistro Iseppo filio domini Antonii Zambelli, ac domino Georgio filio quondam domini Ioannis Perchinger Bulgiani linguam italam callente, domestico nobilis domini Nicolai Lindegh phiscalis Roboreti⁶⁴ omnibus habitatoribus Roboreti

⁶⁴ Anno 1522 quidam Nicolaus phiscalis Roveredi.

nec non Francisco filio quondam domini Christophori Resmini fratreque mei notarii etc. Prudens vir dominus Daniel filius quondam domini Ioannis Gandini civis Roboreti sanus mente, sed senex confectus fecit suum testamentum nuncupativum, qui elegit suam sepulturam in sepulcro domus dominorum de Gandinis posito in templo divae Mariae venerabilium fratrum Carmelitarum extra Burgum divi Thomae. Reliquit nepotibus suis reverendo domino presbytero Alexio Gandino, domino Ioanni, et domino Antonio eiusdem Alexii fratribus etc. Confraternitati s. Catharinae in Burgo Roboreti. Altaribus s. Valentini et s. Luciae in ecclesia s. Catharinae. Sancto Monti Pio Roboreti. Hospitali. Suae ancillae Mariae filiae quondam ser Christophori Langhebeni Precii de plebe, tempore quo nubet, dummodo nubat virgo.

336. Anno 1571, die 19 ianuarii Roboreti, dominus Baldessar quondam domini Alberti Resmini, ser Concius Patri boni, Bartholomaeus filius ser Aldrigi Thesini, Ioannes filius ser Ioannis Nicolai Paganini, et magister Ioannes quondam ser Hieronimi Mapheoti omnibus de Roboreto. Domina Antonia filia quondam Dominici Franchini archensis relicta quondam Ioannis Antonii de Bernardis Nogaredi dicta la Bilana, incola iam diu Roboreti, fecit suum testamentum, et elegit sepeliri apud maritum in coemeterio s. Thomae extra Terram Roboreti.

337. Anno 171, die 20 ianuarii Roboreti, magister Bartholomaeus filius quondam ser Antonii de Claris Archi incola, et calegarius Roboreti, generque domini Hieronimi Serbati de Roboreto. Dominus Antonius quondam domini Petri Gandini civis Roboreti, habens apothecam cerdonis, sive calegarii, quam artem exerceri faciebat domi suae, vendidit formas, cultellos, stichos, staffas, et alia utensilia dictae artis dicto Bartholomaeo.

338. Anno 1571, die 22 ianuarii Roboreti, praesentibus Dominico quondam Antonii a Rippa, et Andrea quondam Blasii quoque a Rippa ambobus de Vallarsia. Ferdinandus nominatus Ferandus filius quondam Simonis a Curte de Vallarsia. Illustris et magnifica domina Blanca filia quondam illustris baronis de Spaur domini Simonis, relicta quondam uxor magnifici domini Mathaei Sbardelati civis Veronae, et Roboreti. Iacobus de Matassono. Doctus grammaticae professor dominus Petrus Iulianus veronensis praeceptor Roboreti. Andreas filius quondam Blasii Ricii a Rippa de Vallarsia.

339. Anno 1571, die 23 ianuarii Roboreti Ioannes, et Simon fratres filii quondam Bernardini Trentinae de Roboreto. Quondam dominus Paris de Benedictis civis Roboreti. Dominus Blasius filius quondam magistri Guielmi Tachelli Archi civis roboretanus.

Die 24 ianuarii dominus Pamphilus filius quondam domini Gusmerii Resmini de Roboreto, et ser Ioannes filius quondam ser Raphaelis a Petra de Volano. Nobilis et magnificus dominus Gaspar Benus civis Roboreti, uti rector et massarius hospitalis Roboreti nuper creatus et deputatus a spectabili Consilio Roboreti, loco quondam magnifici domini Pauli Madrucii. Bartholomaeus Cingenotus hospitalerius praecessor. Baldassar filius quondam Georgii (*cancellato con traccia lineare d'inchiostro*) (sic) Tognolae de villa Marchi hospitalerius novus.

Die 26 ianuarii in burgo Roboreti, in ora Rialti, seu Trivii Macelli, praesentibus magistro Baptista filio quondam magistri Hieronimi Bertolotae, et Ioanne Donato filio quondam ser Francisci Conzati, ac magistro Ioanne Maria filio quondam ser Ioannis Iacobi Paganini omnibus de Roboreto. Dominus Baldessar filius quondam domini Alberti Resmini de Roboreto. Haeredes Antonii Thesini. Domina Maria filia quondam ser Ioannis Thesini de burgo Roboreti. Georgius eius filius.

340. Anno 1571, die 27 ianuarii Roboreti Georgius quondam Tognolae de Marcho, et Florius filius Francisci Procheri de Fopiano. Dominus Daniel Gandinus civis Roboreti. Ser Antonius filius quondam ser Christophori Thomasini de Lizzana. Dominus Mathaeus Fricius. Ioannes Antonius quondam Gregorii Floriani de Nomesino, Christophorus filius quondam

Bartholomaei de Valeriis a Farra agri vicentini⁶⁵, Dominicus quondam Antonii Andrioli de Brentonego incolae Roboreti. Defuncti sunt superioribus diebus ser Antonius filius quondam ser Mathaei Segalla, et domina Antonia filia quondam ser Bernardini Conzatti iugales de Burgo s. Catherinae Roboreti ab intestato. Horum filio Mathaeo et filiabus datus est tutor, et curator per magnificum et excellentem iureconsultum dominum Hieronimum Pilattum Praetorem dignissimum Roboreti, magister Ioannes filius quondam magistri Hieronimi Mafeoti textor in dicto Burgo s. Catharinae die 24 ianuarii 1571 scribente cancellario domino Ioanne Dominico Septo materniensi.

341. Anno 1571 domina Antonia filia quondam ser Valentini Pandini dicti Roncha de Lizzana, uxorque magistri Petri filii quondam magistri Bertrami Campana de Roboreto. Dominus Antonius filius quondam domini Ioannis Iacobi Bonfioli de Sacho. Blasius filius quondam Bartholomaei Bergamini de Thierno incola Sachi. Domina Isabetta filia quondam ser L'Ordani de L'Ordanis de Sacho relicta quondam in primo matrimonio Francisci Fraporti de Iseria, et nunc uxor in secundo matrimonio Pellegrini filii quondam ser Francisci de Vivaldis Vargnani comitatus Archi, incolae ad praesens Sachi. Ser Ordanus de Ordanis de Sacho iam defunctus. Nobilis dominus Bartholomaeus filius quondam nobilis domini Benevenuti de Beneventis de Clusolis in Roboreto praesens, et unus ex haeredibus dominae Mariae Murlinae dictae Fusariae de Burgo Roboreti. Nobilis et magnifica domina Paula relicta quondam nobilis et magnifici domini Georgii filii quondam magnifici et excellentis iureconsulti et equitis domini Aluisii Bettae de Roboreto et nobiles ac magnifici domini Ioseph et Paulus filii quondam ipsius excellentis et magnifici domini Aluisii. Magnificus et excellens legum doctor et eques dominus Franciscus et magnificus ac generosus castellanus excellentissimi ducis Parmae dominus Bartholomaeus fratres filii quondam antedicti domini Aluisii. Haeredes quondam domini Pauli de Paulis notarii Roboreti. Dominus Baptista Cosmus de Roboreto. Ceschus Galassus confinis Thierni. Misser Francesco ceroico di Thierno, et donna Maria sua molie. Misser Abram Betta et misser Iseppo Bonat notari di Tierno. Misser Pollo notar nel 1565. Misser Abram Betta notar nel 1566. Luca de' Matheoti di Thierno. Zuan Folador di Molina di Thierno 1565 et 1571. Biasi Galasso di Thierno. Zuandomenego Galas di Thierno. Misser Hieronimo Betta dalla Chizzola. Il quondam Martin de Zanluca di Volan, et Margarita di lui molier vivi nel 1567. Misser Iseppo Gandin notaro. Misser Zuna Andrea Anderlin di Mori notaro. Dominus Antonius filius quondam ser Maphaei Malinverni de Roboreto, Florius quondam Ioannis Mariae de Zenis de Plebe, Bartholomaeus quondam Stephani Barocii de Plebe Lizzanae. Magister Ioannes Maria Fonatus (sic) de Scledo cerdo, et incola Roboreti. Magister Georgius sartor in Roboreto filius ser Zordani de Zordanis Nogaredi.

342. Anno 1571 Ioseph filius quondam ser Petri a Petra de Volano, Paulus et Nicolaus eius fratres. Ser Ioannes filius quondam ser Raphaelis a Petra de Volano. Dominus Daniel a Petra Volani. Ser Valentinus et ser Gotardus a Petra. Dominus Gaspar quondam domini Baptistae Tachi dictus Cosmus⁶⁶. Dominus Nicolaus quondam domini Antonii Philippi ambo de Roboreto. Dominus Gaspar filius quondam domini Baptistae Tachi cognominati alio modo Cosmi de Roboreto. Magister Ioannes filius quondam magistri Hieronimi de Florianis Nomesini aliter nominati Mafeoti de Roboreto.

343. Anno 1571 Roboreti magister Ambrosius filius quondam domini Petri Parolini de Roboreto. Nobilis et excellens dominus Ioannes Maria Veggius civis Roboreti. Excellens dominus Ioannes Mara Vechius (sic). Haeredes excellentis domini Ioannis Parolini. Nobilis dominus Lucas Fricius. Dominus Iosephus Parolinus. Poenae duplae importantiae dicti pretii. Ser Bonfiolus Furlanus de Sacho. Ser Ioannes filius quondam Raphaelis a Petra de Volano.

⁶⁵ Fara pagus Praeturae marosticensis 12 P. M. a Vicentia distans.

⁶⁶ Memorie della Vita di Gio. Francesco Morosini card. e vescovo di Brescia del P. Stefano Cosmi. In Venezia 1676, in 4.

Dominus Pamphilus Resminus. Ser Iacobus a Spina de Volano. Quondam Nicolaus Franciscus a Spina.

344. Anno 1571 Roboreti Franciscus filius quondam domini Christophori Resmini, fraterque mei notarii infrascripti. Magister Paulus ormisinarius et incola Roboreti filius ser Simonis de Fopiano. Stephanus filius quondam Ioannis Chunigh a Ripa Vallarsiae. Quondam ser Ioannes Lazarae a Ripa Vallarsiae. Domina Margarita dicti ser Ioannis filia et dicti Stephani uxor. Unum lectum cum plumacio valoris rhenensium septem cum dimidio. Platea s. Marci Roboreti. Paulus filius Bartholomaei Iacomatii a s. Brusono⁶⁷ agri patavini samitarius in Roboreto. Magister Petrus filius quondam msgistri Bertrami Campana de Roboreto. Nicolaus quondam ser Valentini Pandini dicti Roncha de Lizzana. Excellens dominus Franciscus Saybandus advocatus coram Praetore Roboreti ac iureconsultus Roboreti. Magister Antonius Valduga de Roboreto. Contrata vocata *al Corso grande* in Regula Roboreti.

345. Anno 1571, die 25 februarii Roboreti dominus Iulius Chincerina de Boliaco Riperiae Salodi coadiutor in officio cancellariae Roboreti et dominus Iosephus a Portu de Gandino notarius incola Roboreti. Spectabiles domini provisores communitatis Roboreti ab illustrissimis dominis sacrosancti oenipontani Regiminis senatoribus citati ad videndum etc. Excellens dominus Franciscus Saybandus, domini Ioannes Nicolaus Troilus, Donatus Saviolus, et Paulus Trentinus provisores antedicti.

346. Anno 1571 Roboreti dominus Antonius filius quondam alterius domini Antonii Resmini, et magister Alexander filius quondam domini Petri Parolini ambo de Roboreto ac magister Ioannes Zavatinus mediolanensis iam diu incola Roboreti. Ser Bartholomaeus filius quondam ser Antonii Nicolai Concii nominati della Barbara de Burgo s. Catherinae Roboreti. Illustris et magnifica domina Blanca filia quondam illustris domini Simonis baronis de Spaur relicta quondam nobilis et magnifici domini Mathaei Sbardellati civis Veronae, et Roboreti. Ser Bartholomaeus Barbarae de Roboreto.

347. Anno 1571 Roboreti Iulianus quondam Christophori Rocha, Gregorius quondam Marci Vacharii, et Augustinus quondam Bonhominis Quatrini, omnes de Marcho. Ser Paulus filius quondam ser Antonii Barberii a Platheola Roboreti. Antonius nominatus Tognonus filius quondam Baldessarri Pagh de villa Marchi iam defunctus post annum 1566. Nobilis dominus Bartholomaeus Circulus confinis in Regula Marchi die 4 martii. Dominus Gaspar quondam domini Baptistae Tachi dictus Cosmus de Roboreto. Magister Ioannes filius quondam magistri Hieronimi de Florianis de Nomesino alias nominati Mapheoti⁶⁸ de Burgo s. Catherinae Roboreti, qui heri factus, et creatus, ac acceptus fuit civis et in civem ipsius spectabilis communitatis Roboreti. Sic die 4 martii 1571. Dominus Antonius Salavernus Roboreti. Excellens doctor iuris utriusque. Dominus Franciscus filius quondam nobilis et magnifici domini Marci Antonii Saybandi equitis. Spectabiles domini provisores communitatis Roboreti. Praefatus mastro Zuan Mafeoto dedit spectabili communitati Roboreti pro civitate sua, quam die herina obtinuit, quinquaginta ducatos in ratione grossorum 31 monetae venetae pro unoquoque ducato. Ita ibi.

348. Anno 1571 Roboreti dominus Gaspar filius quondam domini Baptistae Tachi cognominati alio modo Cosmi de Roboreto. Reverendus dominus Antonius filius ser Iacobi ab

⁶⁷ In dioecesi patavina est locus curatialis dictus Bruzone, ex Diario patavino anni 1781, pag. 227 et alius dictus *Sanbruson* pag. 239 cum archipresbitero vicario foraneo.

⁶⁸ Extat Constitutio Diocletiani sub titulo *De mutatione nominis*, ubi dicitur: Sicut in initio nominis, cognominis, praenominis recognoscendi singulos compositio libera est privatis: ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaque nomen, vel praenomen sine aliqua fraude licito iure, si liber es, minime prohiberis.

Ecclesia de Asiago agri vicentini curatus Norillii fuit Roboreti die 5 martii. Baldassar filius quondam Tognolae de Marcho. Leonardus filius quondam Valentini a Petra supra Norillium. Magister Antonius filius quondam magistri Raphaelis de Costiolis incola Roboreti. Ser Antonius Bisophus de Vanzia Communis Trambelleni. Christanus filius quondam Dominici Fait a Zaffonibus Saltariae. Dominus Blasius Baceginus civis Roboreti. Dominus Bartholomaeus Montagna de Roboreto.

349. Anno 1571 in villa Sachi Vallis Lagarinae Floravantius filius quondam domini Francisci Bonfioli de Sacho. Dominus Antonius eius frater. Misser Antonio Bonfiol. Ser Marsilius de Marsiliis, et ser Ioannes Laurentius de Ferrariis ambo de Sacho, et extimatores terrae. Dominus Franciscus Baronus de Bonfiolis de Sacho.

350. Anno 1571 Roboreti nobilis et magnificus dominus Ioannes Maria Vechius civis Roboreti. Ser Franciscus filius quondam ser Ioannis a Dosso Brancolini. Dominus Benevenuto de Franceschinis Marani. Donatus a Dosso quondam Menegoti. Bartholomaeus de Leonardis de Marano. Antonius de Leonardis Caserotti. Nobilis et excellens phisicus dominus Ioannes Maria Vechius civis Roboreti. Ser Franciscus a Dosso de Brancolino. Ser Dominicus filius quondam ser Augustini Abrami macellator Sachi.

351. Anno 1571 die 28 martii in Sacho probus ser Bonfiolus filius quondam ser Iacobi de Sacho infirmus fecit suum testamentum, praesentibus domino Bonfiolo filio quondam ser Francisci Bonfioli de Sacho, magistro Baptista vincentino genero quondam domini Ioannis Iacobi Bonfioli, sartori et incola Sachi, Antonio quondam Valentini de Valentinis de Murio, et aliis. Cimiterium s. Ioannis Baptistae Sachi. Rev.dus curatus Sachi.

352. Anno 1571 Roboreti magister Thomas Mazuchus de Gardumo incola Roboreti. Rev.dus dominus presbyter Franciscus filius quondam domini Gusmerii Resmini civis Veronae, et Roboreti. Nobilis et generosus miles signifer inter alemanos exercitus dominus Petrus Resminus frater eius. Salvator quondam Antonii Viviani de Pathono. Baptista quondam Mazurani de Sacho. Ioannes quondam Antonii Aldrigetini Annae de Nomesino incola Roboreti. Unus rhenensis, hoc est carentani sexaginta. Dominus Vincentius filius quondam ser Ioannis Patri de Ferrariis⁶⁹ Sachi attinens ser Bonfioli Furlani. Ioannes, Simon, et Ioannes Maria filii Laurentii Furlani de Sacho nepotes dicti ser Bonfioli. Magister Nicolaus de Rainaldis de Zuco plebatus Thioni. Magister Ioannes Iacobus filius quondam Christani Zoneri de Sacho. Gotarda uxor Francisci Zambelli de Archo.

353. Anno 1571 in villa Sachi dominus Vincentius et ser Ioannes Laurentius fratres filii quondam ser Ioannis Petri de Fabris et Franciscus filius quondam Lazari Brusa, omnes de Sacho. M. Antonio Bonfiol Soldin de Sacho. Dominus Antonius filius quondam ser Francisci Bonfioli Sachi. Regula Sachi in ora del May, videlicet subtus affocinam (sic) malei apud rugiam. Ser Ioannes Laurentius, et ser Vincentius fratres de Ferrariis Sachi aestimatores unius petiae terrae. Roboreti ser Christanus Toldus Saltariae. Ser Christanus Spagnolus quondam Dominici a Pozachio. Iacobus a Moieto. Laurentius Zuchellus Saltariae. Valentinus Zaffonus Saltariae. Dominus Caracia. Gerola Turaciae de Terragnolo. Nicolaus Padracius de Terragnolo. Dominus Marcus Antonius filius quondam ser Antonii Ciresariae de Burgo s. Thomae Roboreti. Mansus de Pedraciis. Nobilis dominus Iosephus Betta de Roboreto. Magister Michael filius ser Nicolai Modoni⁷⁰ de Roboreto sartor. Magister Iacobus Antonius filius quondam ser Francisci de Bonamedisiis de Murio. Ser Tognotus de Gandinis de Serravalle. Antonius quondam Dominici a s. Ilario. Bartholomaeus orsmisinarius quondam ser Iacobi ab Urciis Roboreti habitator. Antonius filius quondam Petri Pinceloti Trambelleni incola Roboreti. Nobilis

⁶⁹ Ferrarii infra *Fabri*.

⁷⁰ Anno 1750 vixit Roboreti anonymus *Modena*. Civitas Mutinae dicitur *Modena*, et *Modona*.

dominus Franciscus Cazanus civis Brixiae testis Roboreti. Domina Pasqua de Girardellis de Rippa, relicta quondam domini Iulii de s. Vio⁷¹ districtus vincentini olim servitoris illustris domini comitis Sigismundi de Archo in Roboreto. Baldessar quondam magistri Partini chirurgii de Roboreto. Magister Antonius quondam Iacobi de Rigotis Lizanae. Bartholomaeus dictus il Besola. Cimiterium divi Thomae Roboreti etiam pro illis de Fopiano.

354. Anno 1571 Roboreti magister Antonius filius quondam magistri Raphaelis Costioli cerdonis in Roboreto. Excellens et eximius artium et medicinae doctor dominus Ioannes Baptista filius quondam domini Dominici de Ferrariis Allae quatuor Vicariatuum et discreta iuvenis domina Catherina filia domini Danielis Gandini civis et habitatoris Roboreti matrimonium inter se contraxerunt ineunte aprili. Nobilis dominus Gaspar Fricius, et dominus Baptista Cosmus confines Roboreti. In terra Roboreti post domos canonicae. Haeredes spectabilis domini Ioannis Antonii Cobelli Lizanae. Nobilis domina Iulia relicta quondam nobilis domini Lucae Xichi Tridenti habitatrix Roboreti. Dominus Antonius Resminus patruelis mei notarii infrascripti. Ioannes Antonius filius Omniboni de Schincharinis Folasii. Magister Andreas Claudus filius quondam magistri Hieronimi Bertoldae de Roboreto. Magister Bartholomaeus filius quondam Christophori Batilana Cornedi⁷² agri vicentini incola, et cerdo Roboreti. Martinus quondam ser Dominici Martinati. Antonius Zuchellus quondam Ioannis Dominici. Ioannes Antonius quondam Petri Claudii a Spina de Vollano. Bonhomus eius frater obiit in militia veneta. Petrus a Costa Vallarsiae elegit suam sepulturam in cimiterio s. Thomae Roboreti.

355. Anno 1571 in villa Volani. Rev.dus dominus presbyter Franciscus Serbatus, dominus Antonius quondam alterius domini Antonii Resmini ambo de Roboreto⁷³. Ioannes quondam Dominici Voltolini, Nicolaus quondam ser Volani Christiani omnes de Volano. Domina Blasia filia quondam ser Laurentii del Prugna Volani relicta quondam in primo matrimonio ser Iacobi Fornera de Volano, et nunc 27 maii uxor Antonii Colp Fulgaridae infirma fecit suum testamentum. Elegit sepeliri in cimiterio s. Mariae Volani adhibitis quinque aut sex sacerdotibus pro ea orantibus. Venerabilis Confraternitas Corporis Domini nostri Iesu Christi in dicta ecclesia s. Mariae Volani. Venerabile hospitale Volani.

356. Anno 1571 Roboreti dominus Aloisius filius quondam docti grammaticae professoris domini Francisci Pilatti Materni Riperiae Salodii. Magnificus, et excellens dominus Hieronimus Pilattus Praetor dignissimus Roboreti die 29 maii. Ser Gerardus dal Ri de Besagno Brentonici Vicariatus Murii. Iacobus filius quondam Francisci a Spina de Volano. Venerabilis presbyter Baptista a Spina frater eiusdem Iacobi. Terra apud Dorsum Dastor in campanea Volani.

357. Anno 1571 die 30 maii in villa Norillii ser Ioannes Bechecheus de Norillio. Rev.dus dominus presbyter Antonius filius ser Iacobi ab Ecclesia Asiaghi agri vincentini iam aliquot annis, et nunc benemeritus curatus animarum Communis Norillii languens corpore super lecto in coquina domus habitationis suae canonicae sancti Martini ecclesiae Norillii, fecit suum nuncupativum testamentum. Elegit sepeliri in dicta ecclesia, adhibitis sacerdotibus quinque Missas celebrantibus pro eius anima, quorum unicuique dentur octo carentani cum candela

⁷¹ *San Vito* est pagus Vicariatus scleditani XIII P. M. a Vicentia dissitus.

⁷² *Cornedo*, pagus Vicariatus valdanensis 14 P. M. a Vicentia distans.

⁷³ Anno 1799 die 3 decembris Roboreti nobiles domini Franciscus, et Pamphilus quondam Hieronymi de Resmini fratres, et possessores bonorum a Pamphilo quondam Gusmerii de Resmini testamento de anno 1605 fideicommisso vinculatorum, decreverunt ipsum Fideicommissum ex reali in pecuniarium convertere iuxta sanctionem supremam normalem die 14 iunii 1798. Bona vero suna una domus magna sub s. Catharina cum clausura et petia terrae necnon alia clausura alle Campagnuole di Sacco.

cerea. Reliquit rhenenses tres dominae Mariae sorori suae nubili. Item dominae Christinae ancillae suae, cum qua suscepit filios duos adhuc viventes, et credit eam nunc esse gravidam, seu praegnantem, legavit et reliquit plures summas creditorum suorum, in remunerationem, et recompensam servitutis, et boni gubernii sibi, et in familiae suae subsidium praestitorum, rogans multum rev.dum ac magnificum dominum Vicarium in spiritualibus ill.mi et rev.mi episcopi tridentini, ut gratiam velit facere dictae ancillae de legato ipso amore Dei, quum sit valde paupera ipsa ancilla. Quondam ser Antonius ab Ecclesia avus paternus dicti rev.di domini Antonii. Ser Iacobus pater dicti rev.di domini Antonii. Ioannes Dominicus et Iacobus filii naturales dicti Rev.di domini Antonii suscepti cum dicta domina Christina, et alius filius, vel alia filia, qui, vel quae nascetur ex dicta domina Christina praegnante. Eos haeredes suos instituit, et commendavit ser Iacobo patri suo.

358. Anno 1571 Roboreti dominus Gaspar quondam domini Baptistae Cosmi dicti de Tachis de Roboreto. Magister Baptista quondam magistri Hieronimi Bertoldi de Roboreto. Venerabilis Baptista, Iacobus, et Nicolaus fratres filii quondam ser Francisci a Spina de Volano. Campanea Volani in ora al Palù apud Dorsum de Store, ac Voltolinum, et Bonhomum Spinum.

359. Anno 1571 dominus Gaspar Cosmus, et magister Baptista quondam magistri Hiernonimi Bertoldae ambo de Roboreto. Magister Laurentius filius quondam ser Petri Peterlini a Vallebusa Roboreti faber lignarius. Hieronimus dictus Gerola filius quondam Zenonis Thurae de Terragnolo. Dominus Iosephus filius rev.di domini presbyteri Antonii a Curte a Valle Minorum agri vincentini in uxorem duxit dominam Margaritam filiam quondam rev.di domini presbyteri Ioannis de... a Sancto Mauro Montanae veronensis alias curati Trambelleni, exeunte maio. Domina Antonia mater dictae dominae Margaritae, et uxor ser Mathaei Toldi hospitis Roboreti. Dominus Antonius Clusolanus notarius Roboreti. Bona mobilia et bestiamina. Dominus Marcus Antonius Ceresaria de Burgo s. Thomae Roboreti. Administratio, seu manegium familiae.

360. Anno 1571 in villa Sachi subtus ecclesiam s. Ioannis Baptistae. Ser Franciscus quondam ser Antonii quondam Dominici Machaluffi. Dominus Marsilius de Marsiliis. Bartholomaeus filius ser Blasii Zenari omnes de Sacho. Dominus Franciscus et Baptista fratres filii quondam et haeredes ser Dominici Pegoloti de Sacho. Iosephus filius quondam et haeres ser Antonii Machaluphi de Sacho. Magister Antonius a Lacu de Com (sic) agri mediolanensis, et magister Gaspar a Gurgite⁷⁴ de Pathono, ambo muratores, et incolae Roboreti, Iseppus Machaluffus. Facere fossiam in terra horti. Facere unam foveam sive fossiam. Unum setulare, sive sechiarium. Facere feriatas ferreas tam strictas foraminum quod non possit intus imponi cantarus mensurae mediae mossae. Locus ubi sunt caldariae a serico. Obturare balestreriam existentem in muro. Rev.dus dominus presbyter Augustinus filius quondam domini Antonii de Venturellis mantuanus, curatus Sachi. Marcus filius quondam ser Peregrini Zanchanarii de Sacho. Hieronimus filius quondam ser Christophori Segati de Sacho. Quondam dominus Augustinus Sbardellatus.

361. Anno 1571 die 15 iunii in Vallarsia, in domo canonicae penes ecclesiam s. Vigili factum est inventarium bonorum quondam Rev.di domini presbyteri Valentini curati Vallarsiae: qui rev.dus dominus presbyter Valentinus Beneficiatus et curatus Communis Vallarsiae in ecclesia s. Vigili defunctus est die 14 iunii 1571 relictis post se Christano, Gregorio, et Maria filiis suis minoribus, factoque suo testamento rogato per Rev.dum dominum presbyterum Antonium a Valle notarium. Haeredes universales instituit dictos filios suos, eisque assignavit tutores, curatores multum illustrem, generosum et magnificum dominum Baldessarem Trauthson liberum baronem etc. Iacobum Raos filius ser Antonii Ioannis Arighi Vallarsiae, ac

⁷⁴ Gurges, *gorgo*.

Mathaeum Zuchant de Roviana agri vincentni⁷⁵. Dominus Marcus Antonius Ceresaria, Iacobus Raos, et Zuchantus, cum notario Iosepho Resmino fecerunt inventarium. Inter bona multa recensentur quatro drappi da sugar le man. Linzoli sette vechii. Tovalie quatro da tavola de meza vita. Camise cinque da homo de meza vita. Gonelle cinque de color beretin computà una vesta longa, tutte de panno de meza vita, anci quasi nove. Un paro calceti de panno bianco de meza vita. Dese manipoli da tavola vechii. Quatro piadene, o sia piati de peltro. Taieri de legno da tavola 25. Quatro sechie di legno dal aqua. Un scaldaletto. Un mantes da fogo. Cinque piane di legno vechie. Un vocabulario Gemma gemmarum intitulado. Alcuni libretti in lingua alemana. Li sermoni aurei di fra Leonardo d'Udine. Il Rosario di Bernardin de Bustis. Le Constitutioni sinodali. Una capra cum una jola⁷⁶, che ha Cescho dalla Pozza alla parte. Testes fuerunt Ioannes Ricius quondam Thomae Iosiis a Plano, Christanus quondam Michaelis ab Hastis, Melchior quondam Ioannis de Campo Silvano, Iacobus de Matassono incola ad Curtem, et alii.

362. Anno 1571, die 18 iunii Roboreti Iacobus Raos filius ser Antonii Ioannis Rigi de Vallarsia massarius sui Communis, et ser Iacobus a Curte Vallarsiae deputatus praesentarunt rev.do domino archipresbytero plebis Lizanae Iacobo Campanella rev.dum dominum presbyterum Bartholomaeum pro curato capellae seu ecclesiae s. Vigili Vallarsiae, tanquam idoneum, utpote callentem linguam italam, et theutonicam, per eum praesentandum, instituendumque per ill.mum, et Rev.mum episcopum vigore conventionum et capitulationum alias de anno 1538 initarum inter dictum Commune, ac rev.dum dominum Thomam Marsonet (sic) archipresbyterum Lizanae, et confirmatarum per ill.mum, et rev.mum episcopum Tridenti.

363. Anno 1571 Roboreti Lucas quondam Michaelis Fogolerii Vanziae incola ad Glazariam. Georgius quondam Andreae Marsiliae a Portis. Baldessar quondam Antonii Tognolae de Marcho. Magister Mathaeus samitarius filius quondam magistri Aluisii Zambelli samitarii veneti maritus Chatharinae filiae quondam ser Francisci dicti Chechi a Portis de Lombardis. Rev.dus dominus presbyter Franciscus quondam domini Hieronimi Serbati de Roboreto. Magister Blasius Tachellus quondam magistri Guielmi sartoris de Roboreto. Dominus Petrus filius domini Marci a Porta Roboreti.

364. Anno 1571 Roboreti dominus Ioannes Baptista Priamus quondam domini Nicolai incola Roboreti, et mercator⁷⁷. Egregius dominus Ioannes Andreas filius quondam domini Aldrigheti Anderlini notarius Murii. Quondam Baptista Fogolarius Vanziae, qui vixit anno 1569. Ioannes Dominicus Septus cancellarius Roboreti. Egregius dominus Franciscus Caracia⁷⁸. Dominus Ioannes Baptista Caracia eius filius. Antonius filius quondam Zachariae quondam Iacobi a Spina Volani. Rosminus filius quondam ser Baptistae a Petra de Volano, Gratiolus et Baptista eius fratres. Ser Ioannes filius quondam ser Menegini de Volano. Leonardus quondam Menoni Voltolini. Martinus Martinatus de Volano aestimator. Nicolaus quondam ser Volani Christiani de Volano aestimator. Dominus Franciscus filius domini Antonii Malinverni de Roboreto.

365. Anno 1571 Ioseph Portus vallis Gardumi habitator Roboreti. Nobilis dominus Nicolaus Lindegh phiscalis, ac daciarius Roboreti. Nobilis dominus Baldessar eius filius. Dominus Baptista Landus chirurgus incola Roboreti. Haeredes domini Rosmini Bonfioli Sachi. Ser Martinus Hecher cognominatus aliter Stubarius in Roboreto, filius quondam alterius ser Martini Stubarii. Ser Gaspar quondam ser Antonii Bonifacii de Volano testamentum suum fecit

⁷⁵ *Rovegiana* est pagus Vicariatus Vallis Agri 20 P. M. a Vicentia distans.

⁷⁶ O *zola*, cioè *capretto*.

⁷⁷ Hic Baptista anno 1603 de sacro fonte suscepit beatam Ioannam Mariam a Cruce.

⁷⁸ Quidam Horatius Carazza ante 1666 dedit monialibus s. Clarae Tridenti ducatos ducentos. Hinc pro eo quotannis mense novembri Missam de requiem cantare faciunt.

in villa Volani die 14 augusti. Ioannes filius quondam Dominici Trilaci Volani ormisinarius in Roboreto. Magister Iacobus filius quondam ser Ioannis ab Hastis Vallarsiae incola in Burgo s. Thomae Roboreti. Christianus filius Stefani Fogolerii Vanziae incola Roboreti. Magister Michael filius quondam magistri Bertrami Campana de Roboreto. Ioannes quondam Dominici Trilaci de Volano ormisinarius Roboreti. Vanzia Communis Trambelleni. Christophorus quondam Michaelis Speranza de Volano. Ioannes filius ser Dominici Bechachei (sic) de Norillio. Nicolaus Omniboni a Portegala (sic) de Volano⁷⁹. Benevenutus Ioannis Archi de Volano⁸⁰. Dominus Valentinus filius quondam ser Ioannis Ronchoni de Volano habitator et magister postarum Volargnis territorii Veronae. Ser Martinus quondam ser Dominici Martinati de Volano. Quondam Christophorus frater dicti ser Martini occisus.

Quae a num. 329 usque ad hunc 365 dedscripsi continentur in citato Protocollo notariali Iosephi filii quondam domini Christophori Resmini notarii publici Roboreti cum Rosminis Roboretanis nullatenus confundendi. Etiam meis diebus, idest anno 1748 Roboreti fuerunt Resmini, et Rosmini. Summa temporis angustia prohibuit mihi multo plura decerpere. Quae autem decerpsi, utilia profecto mihi erunt, et ut spero etiam aliis. Ita scripsi Tridenti in conventu sancti Bernardini hac die 2 februarii 1791 ego F. Ioannes Chrysostomus.

366. Anno 1571 die 14 novembris Roboreti in Contrata Platheae s. Marci, in stuba domini Francisci filii quondam excellentis phisici domini Francisci Parthini. Praesentibus ser Christophoro quondam ser Bonhominis Christophori molitore de Roboreto, et magistro Gratiolo filio quondam ser Francisci Fricii de Roboreto. Dominus Michael filius quondam domini Ioannis Nicolai Saibandi civis Roboreti. Rev.dus dominus presbyter Franciscus Resminus, nobilis dominus Fricius Parthinus, magister Blasius Tachellus et magister Petrus Marchetus faber ferrarius de Malinvernus omnes roboretani. Venerabilis Confraternitas cireorum sancti Thomae, et sancti Marci Roboreti. Spectabilis communitas Roboreti. Magister Angelinus de Angelinis, ser Paulus de Barberiis a Platheola et dominus Augustinus dicti domini Michaelis Saibandi frater, ac successores domini Baptistae de Cariolis Tridenti incolae Roboreti.

367. Anno 1571 Stephanus filius quondam Lucae Pandini de Lizana. Magister Baptista filius quondam ser Bartholomaei Florianelli de Plebe. Terra vegriva in pertinentiis plebis Lizanae. Cum iuribus aquarum, et uno corachio latitudinis unius pedis cum dimidio. Nobilis dominus Scipio Saybandus. Terrea vitata. Dominus Ioannes Baptista filius domini Augustini Spini de Materno Riperiae Salodii. Mathaeus filius quondam ser Ioannis Petri del Vechio Gargnani Riperiae Salodiis. Benedictus alutarius in Roboreto filius ser Antonii Bisophi de Vanzia. Dominus Ioseph filius quondam domini Antonii Trentini civis Roboreti. Dominus Blasius Baceginus de Roboreto. Successores quondam eximii artium medicinae doctoris domini Gasparis Trentini die 16 novembris. Nobilis dominus Mathaeus Fricius de Roboreto aestimator. Ser Bartholomaeus quondam Nicolai Concii dictus della Barbara de Roboreto aestimator. Terra sita in campanea Roboreti in ora vallis Rippae *sotto le Molegate*. Iura ecclesiae s. Barbarae de Roboreto. Magister Bartholomaeus de Gasparinis garbarius. Magister Guerra Cerersaria. Magister Ioannes Mapheotus aestimator, omnes de Roboreto. Misser Iseppo quondam Antonio Trentin. Misser Biasio Bacegino. Misser Baldessar Resmino hosto. Misser Zuan Dominico canzelier. Dominus Ioannes filius quondam domini Caroli Sensperger de Fulgarida. Dominus Valentinus filius quondam ser Petri Balterii de Norillio, incola Roboreti absens, et manens sub exercitu alemano illustris domini comitis Alberici Lodoroni. Magister Antonius Peterlinus a Vallebusa de Roboreto. Magister Ioannes Guadagnus vallis Sabiae iam diu incola Roboreti. Magister Iseppus filius quondam domini Donati Zenae de Roboreto. Honesta vidua domina Iustina uxor quondam domini Paridis de Benedictis civis Roboreti. Magister Remedius Valduga.

⁷⁹ Nunc Volani est familia Toazzi *dal Portogallo*, dicta etiam *di Portogallo*, ex qua ego.

⁸⁰ Nunc Volani est familia *de' Zandarchi*.

Dominus Bernardinus quondam domini Ioannis Bettae de Ripa. Nicolaus quondam Dominici Guererii de Miorandis. et Ioannes Nicolaus quondam ser Dominici Ioannis Lucae Volani.

368. Anno 1571 die 15 iunii in Vallarsia factum est inventarium bonorum quondam rev. di domini presbyteri Valentini curati Vallarsiae defuncti die praecedenti: inter quae recensentur sequentes libri:

- Un libro del modo di confessar di quarto.
- Un libro delle prediche del Discepolo coverto di membrano di 4.
- El libro di prediche domenicale di 4.
- Un libro di gramatica cum vulgare.
- Le Constitutioni sinodali.
- Un vocabolario Gemma gemmarum intitulado.
- Un libro delle Pistole mazore di quarto.
- Libro familiare di clerici di quarto.
- Un libro di molti trattati di quarto.
- Alcuni libretti di lingua alemana.
- El libro de' sermoni aurei di Fra Leonardo d'Udine.
- El libro del Rosario delle prediche prima parte.
- Libro 2 parte del Rosario di Bernardin de Bustis.
- Dui Breviarii da sacerdote.
- El libro del Trattato de Religione christiana.
- Altro Breviari grandio vecchio.

Hos tantum libros habuit praedictus curatus. Igitur non habuit Codicem sacrorum Bibliorum, non libros asceticos, non theologicos, non morales, non rituales, non etc. Quid mirum ergo, quod non bonus fuerit? Conferto superiorem num. 361. Haec quoque deprompsi ex allegato Protocollo Resminiano hac die 2 februarii 1791 Tridenti in sacro conventu sancti Bernardini.

369. Anno 1610, die primo iulii Tridenti in castro Boni Consilii, ser Vigilius Pessata, et Zanottus de Donatis uti massarii Societatis molitorum Tridenti, praesentarunt illustri et multum rev. do domino Vicario in spiritualibus Tridenti generali viginti *Capitoli da osservarsi dalla Compagnia delli Molinari della città di Trento*, eorumque admissionem et approbationem impetrarunt. Subscripsit die 20 augusti 1612 Marcus Antonius Scutellius notarius publicus Tridenti cancellarius Officii spiritualis.

370. Anno 1616 die 28 novembris Tridenti in Castro Boni Consilii perillustris ac rev. mus dominus Petrus Bellus, Dei et apostolicae Sedis gratia episcopus Hieropolitanus, suffraganeus, canonicus, Vicariusque in spiritualibus Tridenti generalis annullavit Capitulum octavum dictorum Statutorum, subscribente Marco Antonio Scutellio cancellario.

371. Anno 1635, die 21 iulii, indictione 4, pontificatus Urbani papae VIII anno XIII Tridenti in Castro Boni Consilii perillustris et rev. mus dominus Lucas Macanius ss. Theologiae et artium doctor, in spiritualibus Vicarius generalis et consiliarius Tridenti confirmavit dicta Capitula et appensione sigilli Officii communivit, ex gratiosa etiam mente ill. mi et rev. mi domini domini Caroli Emaluelis Madrutii episcopi, ac principis Tridenti, domini clementissimi. Subscripsit Marcus Antonius Scutellius Curiae episcopalis Tridenti cancellarius.

372. Anno 1637, die primo februarii Tridenti miser Vigilio Pessata⁸¹, et Lorenzo del Mann molinari e massari della Compagnia suddetta pagarono la detta conferma, dando al cancelliere Scutellio taleri tre, ed un talero all'Officio per il sigillo.

⁸¹ Anno 1461 vixit Iacobus dictus Pessata de Fornace. Anno 1476 Iacobus Pessata de Fornace.

373. Anno 1671, die 24 aprilis Tridenti in arce Boni Concilii celsissimus, et rev.mus dominus Sigismundus Alphonsus Dei gratia episcopus, princepsque tridentinus et brixinensis, confirmavit dicta capitula, subscribente Hieronymo de Martinis secretario et Carolo Gervasio de Albertis etc.

374. Anno 1680, die 28 iunii Tridenti in arce Boni Consilii celsissimus, et rev.mus dominus Franciscus de Albertis Dei gratia episcopus princepsque Tridenti confirmavit dicta capitula, subscribente ipsomet Francisco et Ioanne Iacobo Sizzo etc. ac Hieronymo de Martinis secretario.

375. Anno 1693 die 8 octobris Tridenti in arce Boni Consilii celsissimus et rev.mus dominus Ioseph Victorius de Albertis Dei gratia episcopus princepsque Tridenti confirmavit dicta capitula, subscribentibus Francisco Antonio de Albertis cancellario, et Ioanne Petro Benvenuti secretario.

376. Anno 1697 die 15 octobris Tridenti in arce Boni Consilii celsissimus et rev.mus dominus Ioseph Victorius de Albertis Dei gratia episcopus princepsque Tridenti, comes a Spaur, confirmavit dicta capitula, subscribentibus Francisco Antonio de Albertis cancellario, et Bernardino Mancini secretario.

377. Anno 1707 die 23 martii La Scuola de' molinari exhibuit libellum supplicem all'alta eccellenza rev.ma vescovo, e principe di Trento, cui subscripsit Ioannes Thomas Spruner, ac deinde die 28 martii 1707 Bernardinus Mancini secretarius in Consilio.

378. Anno 1729 die 17 augusti Tridenti in arce Boni Consilii celsissimus et rev.mus dominus Antonius Dominicus Dei gratia episcopus et princeps Tridenti comes a Wolkenstein, et Trosburg confirmavit dicta capitula, subscribentibus Ioanne Baptista A. de Albertis cancellario et Bernardino Mancini secretario.

379. Anno 1733 die 10 februarii Tridenti in arce Boni Consilii celsissimus et rev.mus dominus Dominicus Antonius Dei gratia episcopus, et princeps Tridenti comes a Thunn confirmavit dicta capitula, subscribentibus Ioanne Baptista Antonio de Albertis cancellario et Philippo Mancini secretario.

380. Anno 1739 die 11 iulii Tridenti in castro Boni Consilii idem celsissimus ac rev.mus dominus Dominicus Antonius Dei gratia episcopus et S.R.I princeps Tridenti etc. marchio Castellarii, comes a Thunn etc. confirmavit novum capitulum dictae Confraternitatis, subscribente Philippo Mancini secretario.

381. Anno 1745 die 25 augusti Tridenti in castro Boni Consilii idem episcopus ex comitibus de Thunn confirmavit aliud novum capitulum, subscribentibus Ioanne Baptista Antonio de Albertis cancellario et Philippo Mancini secretario.

382. Anno 1749 die 10 martii Tridenti in castro Boni Consilii celsissimus ac rev.mus dominus Leopoldus Ernestus Dei gratia episcopus seccoviensis, S.R.I. princeps, ex liberis baronibus de Firmian, coadiutor et administrator plenipotentarius Tridenti confirmavit dicta omnia capitula, subscribentibus I.B. Antonio de Albertis cancellario et Petro Mancini secretario.

383. Anno 1757, die 24 ianuarii Tridenti in castro Boni Consilii excell.mus et rev.mus dominus Franciscus Dei gratia episcopus milepolitanus, caesarearum regiarumque maiestatum consiliarius intimus actualis Status, coadiutor et administrator plenipotentarius Tridenti, ex comitibus de Albertis de Enno, confirmavit dicta capitula, subscribentibus I.B. Antonio de Albertis cancellario et Philippo Mancini secretario.

384. Anno 1764 die 10 iulii Tridenti in castro Boni Consilii celsissimus et rev.mus dominus Christophorus Dei gratia episcopus et S.R.I. princeps Tridenti, marchio Castellarii confirmavit dicta capitula, subscribentibus Ioanne Baptista Gentilotti cancellario et Philippo Mancì secretario.

385. Anno 1777 die 15 aprilis Tridenti in castro Boni Consilii celsissimus et rev.mus dominus Petrus Vigilius Dei gratia episcopus et S.R.I. princeps Tridenti, marchio Castellarii, ex comitibus de Thunn et Hohenstein confirmavit dicta capitula, subascribentibus praedictis Ioanne Baptista Gentilotti cancellario et Philippo de Mancì secretario.

386. Anno 1778 die 11 februarii Tridenti in Collegio s. Mariae Magdalенаe loco solito sese congregarunt molitores et decretum quoddam ediderunt, nempe Dominico Moser e Stefano Tomasi massari, Giacomantonio Bonmassar e Giambattista Bonmassar coagenti, Cristiano Rover, Lodovico Beber, Pietro Morat, Francesco Bolich, Michel Menestrina, Pietro Rover⁸², Bortolamio Dolzan rappresentante il sig. Tomaso Beber, Bortolamio de' Valentini, Antonio Bonmassar, Giovanni quondam Marco Magnan, Francesco Gottardi, Valentino Fracalos, altro Dominico Moser⁸³, Giambattista Moreti.

387. Codex hactenus descripta capitula continens est membranaceus, et in folio parvo, sigillo pendenti, ac aliis sigillis impressis munitus. Cap. 2 praecipit confessionem et Communionem paschalem in propria parochia, sub poena expulsionis e Societate. Cap. 5 dicit altare ss. Sebastiani et Rochi in ecclesia s. Magdalенаe esse Societatis molitorum, ipsosque Sanctos esse protectores Societatis. Cap. 12 quod non possano macinare dal vespro de' sabati e delle vigilie di feste di precepto, e di s. Valentino. Tamen Iosephus Victorius, spaurius. wolkenstainius, dominicus Antonius Firmianus, Albertus, Christophorus et Petrus Vigilius decreverunt festum servandum de praecepto ecclesiae etiam apud molitores a medianocte in mediam noctem. Haec raptim descripsi 2 aprilis 1791 non frustraneo labore.

388. Anno isto 1791 die veneris 8 aprilis Tridenti in castro Boni Consilii ab ill.mo et rev.mo domino Zambaitio accepi reliquiam sancti Simonis tridentini quam petii pro rev.do parcho Guidicioli dioecesis mantuanae, una cum literis patentibus tenoris huiusmodi: Nos Simon Albanus Zambaiti de Vezzanburg huius ecclesiae cathedralis canonicus, et in spiritualibus Vicarius Generalis Tridenti etc. Universis et singulis fidem facimus, atque testamur qualiter die, mense, et anno infrascriptis particulam ex habitu s. Simonis tridentini innocentis, martyris ac patroni minus principalis huius dioecesis, ex locis authenticis extractam, in chartam collocavimus, eamque bene plicatam nostro gentilitio sigillo in cera rubra hispanica impresso, et hic pro identitate posito, obsignavimus. Quam concedimus cum facultate apud se retinendi, aliis donandi, et in qualibet ecclesia, seu capella publicae fidelium venerationi exponendi. In quorum etc.

Datum Tridenti die 4 aprilis 1791.

Zambaiti Vicarius Generalis.

L.+S. episcopalis oblungi L+S Gentilotti cerae rubae

Particula ex habitu s. Simonis tridentini innocentis martyris

L.+S. Gentilotti

L.+S. Gentilotti alterius

Petrus Iosephus Cloch cancellarius.

Nota. De re ista vide nostrum To. 3 epistolam 683.

⁸² Petrus Rover die primo aprilis 1796 feria sexta repertus fuit mortuus in Rugia Magna supra suum molendinum e regione Plateolae novae, sauciatus in fronte, ac una gena, suoque pallio obvolutus. Frater fuit presbyteri Christiani Roveri qui adhuc vivit.

⁸³ Dicitur *Mosér* iste molitor, ultima producta.

389. Anno 1665, die 25 augusti, in pertinentiis Cognolae, in Contrata dicta alla Roza, coram li molto illustri et eccellentissimi rispettivamente signori Giovanni Antonio Roveretti, et Alberto Baldovino, come sindici del presente quadrimestre deputati dall'illustre magistrato consulare di Trento, alla presenza di Quintilio figliolo di Alberto Balista di Brentonico, et Salvador filius quondam Giovanni Pietro delli Tonioli di Cembra testimoni chiamati, et pregati, comparuit perillustris et generosus dominus Hieronymus Malfattus, necnon Vigilius Sosius et magnificus dominus Iosephus Schincharinus tamquam agens venerandarum matrum Sanctissimae Trinitatis Tridenti, hisque instantibus contra Ioannem Petrum et Christianam fratres Ferrarios de Cognola, praefati perillustres domini sindici hanno comandato che a spese della parte Malfatta sii fatta la strada, o sii cargadora e che sii mantenuta in perpetuo dal detto sig. Malfatti sicché possi esser carezata. Scripsit fere omnia italice Ioannes Petrus Xichus publicus pontificia caesareaque auctoritatibus notarius, collegiatus et civis Tridenti cancellarius etc. Charta nunc est in archivo s. Michaelis monialium Clarissarum, olim in trinitario.

390. Anno 1631 die 2 novembris Perzini, praesentibus domino Gregorio quondam Hieronymi de Sigismundis, Georgio quondam Petri Egger de Palude, et Marco Pintarello de Viarago, magnificus dominus Ioannes filius quondam domini Alovissii Ceschini de Cologna iurisdictionis Thenni, civis et habitator Tridenti, vendidit Valentino filio quondam domini Dominici de Sigismundis de Palude medietatem unius mansus nominati *del Tasainer* positi in monte Paludis, consentiente Georgio de Petris gastaldo Paludis nomine Communis Paludis, pretio rhenensium 680 in ratione solita carantenorum 60 pro rhenense. Promittens idem Valentinus, non habens tale pretium, solve annuatim affictum in ratione septem pro centum iuxta Constitutiones ill. mae Superioritatis. Scripsit Perzini in domo suae habitationis Nicolaus filius quondam alterius domini Nicolai de Martinis a Calliano publicus utraque auctoritate notarius Perzini, et iurisdictionis Caldonatii Vicarius. Charta est in archivo monialium s. Michaelis Tridenti, olim in trinitario. Ibi, sive in eadem memoratur etiam dominus Nicolaus de Felippis Garduli.

391. Anno 1602, die 2 novembris in pertinentiis Cognolae, in coquina domus mansus nobilis domini Ioannis Iacobi filii quondam nobilis domini Ioannis Baptistae Hieremiae civis tridentinus penes ecclesiam sanctorum Viti, et Modesti, praesentibus dicto nobili domino Ioanne Iacobo, Ioanne filio quondam Marini de Malpagis de Cognola, Ioanne filio quondam Baldessarisi de Rauta Pinedi, Andrea filio quondam Antonii de Clogna Montanae, Petro filio quondam Dominici Moserii, et Iacobo filio quondam Sigismundi Moserii, his duobus a Faida Pinedi, ser Guilmus filius quondam Dominici de Xosiis de Cognola suo testamento ante aliquot annos condito addidit codicillos, in quibus ceu viventes nominantur domina Ioanna eius uxor, Petrus eius filius et haeres, necnon Dorothea et Iustina iam nuptae, ac Lucretia nubilis eius filiae. Scripsit Bartholomaeus filius quondam domini Ioannis Baptistae de Nigris civis olim, et habitatoris Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius. Ex archivo Michelino olim trinitario ubi anno 1631 professionem emisit Anna filia quondam domini Petri Sosii de Cognola, dicta soror Marta.

392. Anno 1593, die 27 martii Tridenti in palatio episcopali, ad banchum iuris, praesentibus ser Vigilio de Caldonatiis Cognolae, magistro Iosepho de Bonmassar de Villa Montanae, Antonio quondam Ioannis Iacobi Pompeati de Cognola, et Bartholomaeo quondam Vigillii de Lazarim (sic) de Civezano, ser Vigilius quondam Dominici de Sosiis de Cognola supra Tridentum, dedit, ac permutavit ser Gulielmo eius fratri utrinque coniuncto unam petiam terrae arativae et vineatae quantitatis perticarum quattuorcentum et quattuordecim, sitam in pertinentiis Stratae in loco dicto *al Campaz*, liberam a decima, apud viam communem a mane, et ser Matthaem de Pedrotis a Strata ipsa cum eius domo, horto, et clausura a meridie. E converso dictus Gulielmus frater dedit et in contracambium tradidit ser Vigilio fratri unam eius petiam terrae arativae et vineatae unius Plodii terreni, et perticarum quattuordecim, positam in

pertinentiis praemissis, sive in Regula dicta de Muralta, in loco dicto in Vernigua, cui a mane cohaeret via communis, et a meridie Vigilius, et a sero et septentrione dominus Iosephus Libera Tridenti, super qua solvitur brenta una cum dimidia musti mensae episcopali Tridenti, salvo iure ill.mi et rev.mi episcopi directi, et quatenus ei placet et non aliter, ac cum dicto onere etc. Scripsit Iohannes filius quondam egregii domini Antonii Dro de Malpheris civisque Tridenti notarius publicus collegiatus, cum signo I. M. Et haec charta olim archivii ss. Trinitatis Tridenti nunc est in archivo s. Michaelis Tridenti, quo delatae fuerunt moniales trinitariae anno 1784, iussu episcopi Petri Vigilii lugentes, et ululantes, me audiente, et vidente et assistente, atque compatiente.

393. Anno 1679 Paulus Polus de Tridento campanarum fusor, fudit duas campanas pro monasterio ss. Trinitatis Tridenti monialium Clarissarum. Pondus maioris fuit librarum 312 et minoris librarum 96. Sumptus utriusque seu totalis fuit librarum 375 circiter.

394. Anno 1366 die 22 octobris nobilis vir dominus Henricus filius quondam domini Gulielmi de Rochabruna civis et habitator Tridenti, assignat octo affictus tribus suis filiis honorabilibus viris domino Nicolao canonico tridentino et discretis iuvenibus Iacobo et Lanzaroto, ratione donationis propter nuptias factae ipsorum quondam matri dominae Lenae filiae quondam domini Viti dicti Mazalorsae⁸⁴, quondam domini Gerardi dicti Soldi de Tridento habitatoris a la Crozola Vallis Lagarinae anno 1331, die 20 ianuarii in rogitis Francisci de Mercadentis. Scripsit Marcus quondam ser Odorici de Tridento, quondam ser Iacobi de Spauo maiori notarius.

NB: Aliunde constat quod dictus dominus Henricus anno 1348 iam transierat ad secundas nuptias cum domina Trentina quondam domini Iordani de Gando.

395. Anno 1375 die 12 martii in villa Fornacis in domo habitationis infrascripti testatoris etc. Brunellus notarius quondam ser Iosii dicti Mocini de Rochabruna, habitator villae Fornacis etc. In primis disposuit etc. Voluit commissarium, et huius testamenti executorem dominum Henricum de Rochabruna etc. Sibi haeredem universalem instituit Iosium Stephanum filium suum etc. et si decederet in pupillari aetate substituit pro medietate sorores suas Bortolameam dictam Oselinam, Totelam, et Beatricem, pro alia vero medietate venerabilem virum Nicolaum, Iacobum, et Lanzarotum fratres filios praedicti domini Henrici, et cosanguineos dicti testatoris. Scripsit Florianus quondam ser Nicolai notarii dicti Tamburlini de Tridento notarius.

396. Anno 1331 die 16 martii ser Ios, cui dicitur Mocinus, filius domini Cabrielis de Rochabruna. Anno 1340 die 25 februarii dominus Iosius dictus Mocinus, filius quondam domini Cabrielis de Rochabruna.

397. Anno 1378 die prima iunii Nicolaus canonicus Tridenti et Iacobus eius frater filii Henrici de Rochabruna tutores Iosii quondam Brunalli quondam ser Mocini de Fornace. Scripsit notarius Bonaventura quondam ser Odorici quondam ser Bonifacii.

398. Anno 1378 die 21 novembris nobilis et potens vir dominus Henricus quondam nobilis et potentis viri domini Gulielmi de Rochabruna per annullum in feudum concessit Odorico quondam Gulielmi de Samoclevo medietatem decimae dictae villae. Scripsit notarius Gulielmus quondam ser Ottonis notarii de Clexio.

⁸⁴ Anno 1325 vixit discretus vir ser Vitus dictus Mazalorsa habitator Morii Vallis Lagarinae, ex Miscell. primo pag 317. Et anno 1420 vixit Uto qui dicitur Mazalorsa habitator Murii Vallis Lagarinae. Ibi p. 546.

399. Anno 1381, die 18 iunii, discretus iuvenis Iacobus filius domini Henrici de Rochabruna tutor Iosii quondam Brunelli quondam Mocini de Rochabruna dicti de Fornace. Scripsit Bonaventura notarius quondam ser Odorici quondam ser Bonifacii de Tridento.

400. Anno 1381, die 29 octobris Antonius episcopus feltrensis et bellunensis investivit Iacobum filium nobilis viri domini Henrici de Rochabruna tutorem Iosii quondam Brunelli de Rochabruna, de feudo decimali Nogaredi antiquo. Scripsit notarius Iacobus Persegus filius Antonii de Strigno.

401. Anno 1382 Albertus de Ortenburg episcopus tridentinus investivit de castellania castrum de Madrutio, et de decimis, et bonis pertinentibus ad dictum castrum, discretum virum Iacobum natum domini Henrici de Rochabruna civis Tridenti tanquam procuratorem dominarum Flornovellae dictae Raynae, et Francischinae, et cuiuslibet earum sororum filiarum et haeredum quondam domini Petri quondam domini Iacobini de Madrutio.

402. Anno 1383 die 11 novembris in villa Fornacis in domo olim habitationis quondam ser Mocini de Fornace, discretus vir ser Iacobus filius nobilis domini Henrici de Rochabruna civis Tridenti, tanquam procurator dicti sui patris domini Henrici investivit de pluribus petiis terrae Andream quondam ser Michaelis quondam ser Odorici de Fornace et dominam Gulielmam eius uxorem, filiam quondam ser Fornasini de Fornace. Scripsit notarius Georgius quondam ser Georgii notarii de Vigulo.

403. Anno 1385 die 7 augusti in villa Civezani discretus vir ser Iacobus filius domini Henrici de Rochabruna civis et habitator Tridenti tutor Iosii quondam ser Brunelli quondam ser Mocini de Rochabruna.

404. Anno 1386 die 5 aprilis Nicolaus canonicus tridentinus filius Henrici de Rochabruna dat mandatum procurationis Iacobo fratri suo ad petendam investituram decimae Nogaredi ab Antonio episcopo feltrensi et bellunensi. Scripsit notarius Franciscus de Rugia.

405. Anno 1386 die 22 maii in terra Sancti Michaelis, honorabilis vir ser Iacobus quondam domini Henrici de Rochabruna civis et habitator Tridenti. Scripsit Ioannes filius magistri Iosii phisici notarius imperialis et iudex ordinarius.

406. Anno 1386 die 7 septembris providus vir ser Iacobus filius domini Henrici de Rochabruna civis et habitator Tridenti. Scripsit notarius Franciscus filius magistri Iosii phisici de Ruzia de Tridento.

407. Anno 1386 die 15 septembris providus vir ser Iacobus filius domini Henrici de Rochabruna civis et habitator Tridenti ac dominus Nicolaus eius frater. Scripsit in Fornas, in curtivo domus olim solitae habitationis ser Mocini de Fornace praedictus notarius Franciscus.

408. Anno 1390 die 25 aprilis nobilis vir Iacobus de Rochabruna filius ser Hainrici testis investiturae datae Dominis arcensibus ab episcopo tridentino.

409. Anno 1391 die 31 martii Nicolaus de Rochabruna canonicus Tridenti et Iacobus frater eius, titulo feudi investiverunt Georgium quondam Marsilii de Caldesio tutorem Bertoldi et Sicherii filiorum quondam Petri, de quibusdam decimis Samoclevi, quia nobilis vir dominus Henricus quondam nobilis viri domini Gulielmi de Rochabruna eorum pater obiit. Scripsit Tridenti in Contrata s. Vigilii in domo dicti domini Nicolai, Iacobus filius Petri de Revò vallis Annaniae notarius.

410. Anno 1391 die 22 aprilis Iacobus quondam Henrici de Rochabruna per Georgium episcopum tridentinum investitus fuit de castellania castris Madrutii, una cum Petro quondam Antonii de Zamboninis dicto de Mattarello.

411. Anno 1391 die 23 aprilis Georgius episcopus tridentinus nobiles viros dominum Nicolaum canonicum Tridenti, et Iacobum eius fratrem filios quondam domini Henrici de Rochabruna investivit de feudis quondam nobilis mulieris dominae Trentinae filiae quondam domini Iordani quondam domini Trentini de Gando de Tridento. Scripsit notarius Paulus quondam ser Martini de Tridento.

412. Anno 1393 die 9 augusti Tridenti in Contrata s. Mariae Maioris, in curia domus suae habitationis, nobilis vir dominus Iacobus filius quondam domini Henrici de Rochabruna, dominus castris Madruzi, a Ioachimo sartore de Tridento quondam magistri Ioachimi sartoris dicti Bevilaquae de Dro plebis Arci olim civis et habitatoris Tridenti, emit pratum al Cortivo. Scripsit notarius Iacobus quondam ser Borgesii notarii de Arco, nunc civis et habitator Tridenti.

413. Anno 1397 die 24 decembris Tridenti in Contrata Belenzanorum, in domo habitationis discreti et nobilis viri domini Iacobi quondam nobilis et discreti viri domini Henrici quondam domini Gulielmi de Rochabruna.

414. Anno 1398 die 26 augusti Tridenti in Contrata Vadi Gislotae. Scripsit Marcus quondam Odorici de Tridento notarius.

415. Anno 1405 die 14 februarii in Terra Ripae spectabilis et egregius miles dominus Iacobus quondam nobilis viri domini Henrici de Rochabruna civis Tridenti. Scripsit notarius Gulielmus ser Pauli civis Tridenti habitator in Terra Ripae.

416. Anno 1407 die prima maii, Tridenti in Contrata Belenzanorum egregius et potens miles dominus Iacobus quondam domini Henrici de Rochabruna. Scripsit notarius Tremenus quondam Michaelis de Castronovo.

417. Anno 1408 die 3 martii Tridenti in Contrata Belenzanorum, in domo habitationis nobilis et egregii militis domini Iacobi quondam nobilis viri domini Henrici de Rochabruna honorabilis civis et habitatoris Tridenti. Domina Pasqua filia et haeres dominae Beatricis quondam ser Mocini de Rochabruna. Scripsit Iacobinus quondam ser Albertini de Poxona civis Tridenti notarius.

418. Anno 1413 die 13 iunii, nobilis domina domina Rgeina uxor quondam egregii militis domini Iacobi de Rochabruna, tutrix filii sui Christophori. Aliae chartae dicunt eandem Reginam filiam domini Petri de castro Madrutii.

419. Anno 1415 die 21 ianuarii nobilis vir Christophorus filius et haeres quondam nobilis militis domini Iacobi de Rochabruna civis et habitator Tridenti.

420. Anno 1418 die 23 decembris nobilis iuvenis Christophorus quondam nobilis et egregii militis domini Iacobi de Rochabruna de Tridento. Scripsit Ioannes quondam ser Stephani de Liguris de Viarago civis Tridenti notarius.

421. Anno 1421 die 24 iunii, ser Iosius quondam ser Beti de Enno vallis Annaniae, maritus dominae Luciae filiae quondam nobilis militis domini Iacobi de Rochabruna, nobili iuveni Antonio quondam ser Vigilii notarii de Rochabruna habitatori Seregnani civi Tridenti.

422. Anno 1452 die 16 octobris nobilis et egregius vir ser Bertus quondam ser Iosii de Enno civis et habitator Tridenti.

423. Anno 1428 die 18 aprilis Tridenti in Contrata Belenzanorum, sive Sanctae Mariae Maioris, nobilis iuvenis Christophorus quondam egregii militis domini Iacobi de Rochabruna.

424. Anno 1439 die 8 maii, nobilis et honesta domina Pedercina filia quondam famosi et praeclari artium et medicinae magistri Odorici phisici de Arco, olim civis et habitatoris Tridenti et uxor praeclari et famosi artium et medicinae doctoris magistri Aluisii phisici de Salodo civis et habitatoris Tridenti, instituit suam haeredem nobilem et honestam dominam Helenam eius matrem filiam quondam spectabilis et generosi militis domini Iacobi de Rochabruna; et ea deficiente Christophorum et Albertum fratres filios quondam ser Iosii de Enno, et Rodulpum, et Ioannem Antonium, et Agnetem, et Reginam filios, et filias ser Marci de Bellenzanis de Tridento.

Nota. Relata a numero 394 usque ad hunc 1424 decerpsi ex quodam quaterno ill.mi domini baronis Gautentii Antonii de Gaudento et Rochabruna hoc die 28 iulii anno 1791.

425. Anno 1330 vixit ser Gulielmus de Rochabruna. Anno 1377 venerabilis vir dominus Nicolaus de Rochabruna canonicus tridentinus. Anno 1390 nobilis vir dominus Iacobus de Rochabruna. Anno 1405 Bartholomaeus filius nobilis militis domini Iacobi de Rochabruna civis Tridenti. Anno 1435 Tridenti Antoniolus a Turri dictus de Dona Mocina. Anno 1444 abbas Sancti Laurentii habitavit die 16 februarii in domo Rochabruna propter incendium et ruinam abbatae. Anno 1476 egregius vir dominus Rodolphus de Balchazanis (sic) iurisdictionis castri Silvae, et Levigi Vicarius benemeritus pro magnifico et generoso viro domino Odorico de Rochabruna dictorum locorum capitaneo benemerito pro rev.mo domino Ioanne Dei et apostolicae Sedis gratia episcopo tridentino. Anno 1480 Iacobus de Rochabruna massarius Vallium Annaniae et Solis. Anno 1467 die prima iunii nobilis dominus Iacobus de Rochabruna castellanus castri Brageri factus est massarius in Vallibus Annaniae ac Solis. Anno 1603 rev.dus nobilis et magnificus dominus Claudius Rochabruna commendator Commendae s. Mariae Elisabetae de Tridento dominorum Fratrum Elemanorum. Anno 1579 nobilis et rev.dus dominus Claudius Rocabruna commendator et administrator ecclesiae s. Mariae Elisabeth civitatis Tridenti Ordinis dominorum Fratrum Alamanorum. Anno 1382 nobilis vir Vigilius notarius quondam nobilis viri domini Gulielmi de Rochabruna civis Tridenti et Andreas eius frater nuperrime defunctus. Anno 1635 nobilis dominus Baltassar de Rochabruna de Tridento. Anno 1453 nobilis et egregius vir dominus Iacobus filius quondam nobilis et egregii viri Chrsitophori de Rochabruna honorabilis civis et habitator Tridenti. Anno 1560 rev.dus et nobilis dominus Hieronimus a Rochabruna canonicus Tridenti et magister domus ill.mi ac rev.mi domini domini Christophori Madrutii cardinalis et episcopi Tridenti. Anno 1538 nobilis dominus Ambrosius de Rochabruna. Anno 1532 dominus Gaudentius filius quondam nobilis domini Hieronymi Rochabrunae civis et habitator Tridenti. Anno 1540 dominus Albertus Rochabruna civis Tridenti notarius. Anno 1615 illustris dominus Balthasar a Roccabruna uxoratus. Anno 1588 multum nobilis et magnificus dominus Iacobus a Roccabruna capitaneus castri Silvae. Anno 1631 il nobile sig. Baldessar de Roccabruna di Trento. Anno 1637 il sig. Baldessar di Roccabruna. Ex variis meis manuscriptis haec collegi die 2 augusti 1791. Nobilis et egregius miles dominus Iacobus de Rochabruna civis tridentinus, honorabilis Potestas et capitaneus terrae Ripae pro Rev.mo episcopo tridentino sine anno ex meo Parochiali tridentino verbo *Ripenses*. Anno 1526 messer Iacomo Rochabruna de quartiere di Santa Croce: messer Alberto Rochabruna e messer Baldessar Rochabruna del quartier al Ponte. Messer Gaudenzo Rochabruna del quartiere di San Martino. Messer Cristofol Rochabruna e messer Ambroso Rochabruna del quartiere all'Aquila, tutti cittadini di Trento. Bartholomaeus de Rochabruna consul Tridenti anno 1415, 1419. Antonius de Rochabruna consul Tridenti 1422, archiconsul 1427. Christophorus de Rochabruna consul Tridenti 1429. Antonius de Rochabruna consul secundus Tridenti 1432. Iacobus de Rochabruna consul Tridenti 1446, 1453, archiconsul 1491.

Baldessar Roccabruna archiconsul Tridenti 1627, 1633. Iacomo Roccabruna consul Tridenti 1645. Baldessar Roccabruna consul Tridenti 16768. Post hunc nullus alius ex Rochabrunis occurrit in fastis consularibus. In conventu s. Marci Tridenti est lapis cum inscriptione: Hic est monumentum domini Federici de V... in quo iacet dominus Yos dictus Mucinus de Rochabruna.

426. Anno 1297, die quinto exeunte iunio⁸⁵ Communitas de Fisto vallis Randenae investivit de una petia terrae dominum Oprandum, et Copam recipientes nomine et vice Sanctae Mariae de Campeio, et suo et omnium habitantium in hospitali de Campeio.

Anno 1212 Oprandus de Madrutio investitus fuit de hospitali s. Mariae de Campeio et eius iuribus omnibus, a domino Federico episcopo tridentino postquam rector Randenae cum suis clericis eidem dominio episcopo refutavit iura omnia in loco Campeii.

Anno 1222 dominus Oprandus conversus beatae Mariae Virginis de Campeio adhuc vixit.

Anno eodem 1222 indictione 10, die 6 intrante novembri, penzoli plebis Randenae, praesentibus domino Petro archipresbytero Randenae, ac aliis, facta fuit mentio hospitalis Sanctae Mariae de Campeio de loco Ambeni: dictumque fuit etiam hospitale Campilii in Amben nuper aedificatum⁸⁶.

Anno 1234 Lombardus monachus et provisor ac Prior Sanctae Mariae de Campeio.

Anno 1256 Benedictus quondam Bontenpi de Plano conversus hospitalis s. Mariae de Campeio.

Anno 1270 Galvagnus conversus hospitalis de Campeio emit agrum pro se et conversis dicti hospitalis.

Anno 1277: Caldero

Anno 1277 Nasimbene.

Anno 1278 Zuchus minister s. Mariae de Campeio.

Anno 1287 die 21 maii Petrus archipresbyter Randenae tamquam iniustus detentor bonorum spectantium ad hospitale, atque confratres Campilii, fuit interdictus a Vicario Generali Tridenti Goxalco decano.

Anno 1292 Fridericus quondam Wilielmi de Clexo provisor et rector ecclesiae s. Mariae de Campeio etiam anno 1296.

Anno 1299 Gratiadeus Prior, syndicus et provisor hospitalis de Campeio.

Anno 1300 Gatallus provisor hospitalis de Campeio.

Anno 1303 frater Cathainus Prior et provisor Campeii.

Anno eodem 1303 frater Gataldus Prior et provisor Campeii.

Anno 1304 frater Gataynus Prior et provisor Campeii, vivens etiam anno 1311. Unus tantum videtur Gatallus, Gataldus, Gataynus, et Cathainus.

Anno 1312 frater Bartholomaeus Prior de Campeio, etiam anno 1314 vivens. Vide infra num. 428.

Anno 1317 frater Amadaeus Prior de Campeio etiam anno 1326. Vide infra num. 428.

Anno 1326 frater Boschus, seu Buschetus Prior de Campeio, etiam anno 1328. Vide infra.

Anno 1332 frater Rivabenus de Prexono Prior et syndicus de Campeio, etiam anno 1346.

Anno 1378 frater Franciscus Prior de Campeio etiam anno 1379.

Anno 1397 frater Martinus Prior ect.

Anno 1401 Ioannes Bonocius Prior de Campeio, etiam anno 1405.

Anno 1411 dominus Iacobus de Valtelina Prior de Campeio. Forsan exscriptor erravit. Vide infra anno 1481.

Anno 1415 Ioannes quondam Zanini de Gerola Prior, etiam anno 1453 dictus etiam Ioanninus. Vide infra.

Anno 1452 ecclesia s. Mariae de Campeio habuit pratum in territorio Ripae.

Anno 1453 dominus Gaspar presbyter Prior monastrii de Campellis, etiam annis 1467, 1468.

⁸⁵ Idest die 26 iunii.

⁸⁶ Anno 1593 Prioratus campiliensis unitus fuit seminario episcopali.

Anno 1473 presbyter Ernestus de Spira Prior etc. etiam anno 1478.

Anno 1480 frater Iacobus de Sondelo locumtenens Prioratus de Campeio.

Anno 1436 dixi 1436 dominus Ioannes quondam Zanini de Gerola Prior et rector ecclesiae et monasterii s. Mariae de Campillis, Petrus de Garduno cum aliis duodecim fratribus ipsis monasterii.

Anno 1481 frater Iacobus de Valtelina prior de Campeio. Sondelum est in Valle Telina. Vide supra anno 1411.

Anno 1481 factum est inventarium de tuti i fiti de Santa Maria de Campey, che de pagar ognano in lotava de Santo Michele ai diti Frati de Campey. Prima in la pleve de Vosana in la Val de Sol soto el Veschova de Trento. E questo e fato per recordanza di fiti, che chi di pagar ognano in la festa de Sancto Michele, over in la sova otava, azo che y diti fiti non fiza retignudi per desmenteganza. In prima si paga etc. Ita frustulum chartae illiusmet anni 1481.

Anno 1483 presbyter Ioannes Bolfant de Felz frisingensis diocesis Prior etc. etiam anno 1489.

Anno 1490 presbyter Thomas, dictus etiam Thomaxius de Brentonicis de Clesio Ordinis s. Hieronymi Prior etc., etiam anno 1529. Idem frater Thomas anno 1511 die 29 septembris dictus fuit Prior Campeii, Tonalì, et Sancti Antonii Mastellinae in valle Solis. Clesii in ecclesia parochiali prope presbyterium vidi anno 1769 ac legi lapidem huius tenoris: In queto sepulcro iace il Venerando Padre Frate Tomaso Brentonego del Borgo di Clesio del Ordine di San Girolimo, Priore di Santa Maria di Campeì, nel qual logo cum gran veneracione vise ani 44. Finalmente in santa pace morite in la sua propria casa in Cles a dì 24 de aprile del ano MCCCCXXXVIII, scilicet anno 1538 (sic).

Anno 1491 Frater Ioannes a s. Catharina, calaber franciscanus rector ecclesiae ac hospitalis sanctae Mariae de Campeyo. Idem dominus frater Ioannes de Calabria Ordinis Minorum Sancti Francisci fuit Ripae in conventu Sancti Francisci dioecesis tridentinae anno 1508.

Anno 1503 memorata fuit ecclesia sanctae Mariae de Campeyo.

Anno 1532 Frater Ioannes de Valtelina Prior de Campeio.

Anno 1436 et 1453 Frater Ioannes quondam Zanini de Gerola Vallis Telinae Prior Campeii.

Anno 1540 Bartholomaeus de Landonibus Prior de Campeio.

Anno 1541 Georgius Prior de Campeio.

Anno 1562 dominus Aliprandus filius domini Nicolai ex baronibus de Madrutio Prior de Campeio constitutus a domino Christophoro episcopo tridentino, iam defunctis omnibus fratribus et sororibus de Campeio, duabus tantum sororibus Simona, et Antonia superstitibus. Aliprandus fuit episcopi Christophori nepos, canonicus tridentinus, salisburgensis et brixinensis, decanus Tridenti, Prior etiam Sancti Hilarii Lagarini, et Sancti Thomae Ripensis. Obiit anno 1606. Alii anno 1560 Priorem campiliensem institutum aiunt.

Anno 1578 Ftaer Baptista Pasius de Limono monachus franciscanus vice rector Prioratus de Campeio pro domino Aliprando Madrutio, vivens etiam anno 1595.

Anno 1606 Prioratus Campilii titulo simplicis Beneficii a Carolo cardinali Madrutio episcopo tridentino datus fuit Petro Bello condinensi, eius suffraganeo, qui obiit anno 1630.

Anno 16.. Alexander septimus, qui fuit Papa ab anno 1655 usque ad 1667 contulit Prioratum s. Mariae de Campeio baroni Ferdinando de Fürstenberg cubiculario suo, ac tandem episcopo paderbonensi, et coadiutor monasteriensis, qui edidit *Monumenta Paderbonensia*, impressa Paderbornae anno 1669, Amstelodami anno 1672, Francofordiae ac Lipsiae, seu potius Noribergae 1713 ac Lemgoviae 1714 semper in 4°.

Anno 16.. idem Ferdinandus Prioratum campiliensem resignavit fratri suo Praeposito et canonico salisburgensi, qui vixit Prior campiliensis etiam anno 1690 et Prioratum instante Francisco de Albertis episcopo tridentino resignavit in favorem pronepotis ex nepta ipsius Alberti, promittentis reparare fabricam et solvere pensionem. Sed pensio soluta fuit etiam anno 1690 non vero fabrica reparata.

Anno 1673 Michael Angelus Marianus in *Trento* pag. 558 scripsit locum campiliensem tunc fuisse baronis Fistembergii dicens: *Porta titolo di priorato in testa oggi del baron di Fistemberg.*

Anno 1680 Bollandiani dicarunt rev.mo et ill.mo domino domino Wilhelmo Libero baroni de Furstenberg, SS. D.N. Innocentii XI P.M. Cubiculario intimo, Praeposito monasteriensi, decano salisburgensi, canonico paderbonensi, praeposito collegiatarum ecclesiarum in Meschede, et Bustorff, priori s. Mariae de Campeio in Alpibus tridentinus, consiliario intimo salisburgensi, et monasteriensi.

Anno 1679 Bollandiani dicarunt alium tomun Ferdinando Libero baroni de Furstenberg episcopo paderbonensi et monasteriensi, burgravio strombergensi, S.R.I. principi, comiti pyrmonsgano, domino in Borckelohe.

Anno 1675 idem Ferdinandus fuit episcopus paderbonensis et coadiutor monasteriensi. Natus est in Westphalia die 21 octobris 1626 et obiit 26 iunii 1683. Alicubi legi Guglielmo de Fürstenberg Priore di Campiglio trentino, vescovo d'Argentina e poi cardinale, morto nell'anno 1704 in Parigi. Apud Morerium autem legi quod Guillelmus Egon princeps de Furstenberg germanus, episcopus argentinensis, cardinalis ab anno 1686, commendator Ordinis s. Spiritus obiit Parisiis die 10 aprilis 1704 aetatis 75. Sed praefatus Morerius monet Familiam principum de Furstenberg aliam esse a Familia baronum de Furstenberg. Veritatem aliis inquirendam relinquo.

Citatus Marianus pag. 557 ac seq. scribit: Nel bel mezzo della montagna di Campeo vulgo Campeo, trovasi un convento con chiesa, detta la Madonna dell'Hospitale di Campeo. Non è molto grande: ma venerabile, sostenuta da sei colonne di pietra bigia: la seconda delle quali entrando a sinistra si tien miracolosa, come che nel fabricarsi la chiesa s'eresse da sé medema. Vi sta perciò appesa una tabella in oro con motto: *Columna miraculose erecta*. E questa tal colonna, che si bacia per divotione, manda anche sudori a certo tempo, come intesi. Si trovano in chiesa cinque altari, tra' quali il maggiore splende di palla dorata a intaglio con effigie bellissima a rilievo di Nostra Dama, che opera meraviglie, e già tempo ebbe concorso grandissimo, e celebrità. A destra dell'altare sta un ostensorio di molte e rare reliquie; ma non s'espongono per mancanza d'autentiche. La sacristia è ricca di paramenti all'antica con fondo d'oro e pretioso ricamo. E chiesa anticissima di fondazione: se ben il volto maggiore che tende al gotico, mostra solo l'anno 1507, non so se allora fatto o ristorato. A traverso del tempio per rarità pende in aria un ovo di struzzo, e un certo pesce in globo mostruoso, che infettava coll'alito, e fu ucciso in uno de' laghi sopra Campeo da un pastore, qual ebbe perciò a lasciarvi la vita. Sul muro a destra in entrando per la gran porta vedesi dipinta un'immagine assai bella di Maria Vergine col Bambino in braccio, e sotto il distico:

Sponsa fui intacta, et Veneris sum nescia Mater.

Sum Virgo, et peperit: Spiritus almus erat.

Alla chiesa sta annesso il chiostro, o ospedale, dove albergavano i poveri passeggiatori sotto la cura, a quel che intesi, de' religiosi dell'Ordine detti Fate ben Fratelli⁸⁷. Ora il luogo, che già tempo fiorì in lustro, ed ospitalità, benché per altro ricco di rendite, si vede scaduto. Porta titolo di priorato in testa oggi del Baron Guglielmo di Fistenberg. Vi si mantiene Messa le feste e tre volte l'anno, cioè in Pentecoste, nell'Assunzione della Madonna, e a s. Bartolomeo si dispensa pane e formaggio a quanti concorrono: nel qual giorno, ch'è titolare, v'interviene il vice paroco della pieve di Rendena per far le funzioni della chiesa, ed il sindaco e consiglieri della valle di Rendena per ogni buon ordine. Hactenus Marianus, cuius dicta forsitan alibi discutiam.

Anno 1786 P. Cyprianus Gnesottus setaurensis capuccinus nelle *Memorie delle Giudicarie* scripsit, quod *le Contrade di s. Faustino nella pieve di Tione, idest Ragulitani, nell'anno 1249 donarono il sito della chiusura in Campilio per l'erezione, o ampliamento dello spedale, quodque instrumentum scriptum manu Gaudentii quondam Bonaventurae de Mulbeno, est in archivio communitatis prevoriensis, pag. 118. Fu tanto il fervore a fare limosina al pio luogo di Campilio, che non si faceva testamento senza Legato alla Madonna di Campilio. Pag. 123, la tradizione tra i giudicariesi, che in Campilio vi fossero Templari non mi pare una favolosa*

⁸⁷ Ordine *de' Fate ben fratelli*, sive hospitalitatis fundavit anno 1540 Granatae in Hispania Sanctus Ioannes de Deo. Ipsum probavit Paulus V Papa die 13 februarii 1617. Ergo.

invenzione, ma relazion del vero... Tra tradizione si accosta per lo meno al vero, se non è assolutamente vera. E de his alibi.

Anno 1211 dominus Precessius egit vice ac nomine ospitalis de Campeyo nesio quid in Penzolo, in Curia venditorum.

Anno 1220 dominus Oprandus conversus ospitalis Campilli fuit in domo Persigi de Penzolo, ubi emit quaedam bona vice, et nomine illius ospitalis, die 3 decembris.

Anno 1221 Cupa conversus de ospitale de Ambeno fuit in Vittagono (sic), in domo Martini filii quondam Uberti de Vittaiono, et emit quaedam bona nomine, et vice sui et suorum confratrum, et iam dicti ospitalis et ecclesiae sanctae Mariae de Ambeno.

Anno... fundavit dictum hospitale quidam Raimundus pro remedio animae suae, in honore beatæ Dei Genitricis Mariae perpetuae Virginis, ad sustentationem pauperum, et defensionem transeuntium, in loco qui dicitur Ambe, iuxta montem Campelium, qui locus desertus est, et inhabitabilis, et in eo transeuntes despoliabantur et interficiebantur, prout dicit charta authentica sine anno Conradi episcopi tridentini, qui sedit Tridenti ab anno desinente 1188 usque ad 1205. Vide Bonellum To. 2, pag. 120, ac scito chartam hanc conradinam esse vestustiores omnibus aliis, quas vidimus de hospitali praedicto, quod etiam de Ambe, Ambeno, Campelio, Campello, Campillo, Campilio, Campeio, et Campegio nominatum in chartis invenimus.

Anno 1222 in villa Penzoli plebatus de Randena, in praesentia domini Petri archipresbyteri plebis Randenae, domini Ioannis clerici de Caderzono, et aliorum dominus Oprandus conversus ospitalis gloriosissimæ Dei Genitricis Mariae de Campelio de loco Ambeni, exhibuit quatuor epistolas patentes quatuor praelatorum concedentium indulgentias erogantibus eleemosynas dicto hospitali. Prima est Wolfkeri patriarchae aquilegensis data universis Christi fidelibus in patriarchatu aquilegensi constitutis. Secunda Sycardi⁸⁸ cremonensis episcopi, apostolicae Sedis legati data universis tam clericis, quam laicis per Lombardiam, Ravennatam, Gradensem et Aquilegensem provincias constitutis. Tertia Conradi tridentinae ecclesiae episcopi data omnibus in episcopatu tridentino constitutis. Quarta Friderici tridentinae ecclesiae episcopi omnibus clericis et laicis dioecesis suae. Wolfkerus fuit patriarcha ab anno 1204 usque ad 1218, et Sycardus de Cagelana episcopus cremonensis ab anno 1185 usque ad 1215. Indulgentias concesserunt etiam Egno, et Bartholomaeus episcopi tridentini, Nicolaus episcopus tridentinus anno 1341, Neapoleo cardinalis legatus, Martinus et Iacobus episcopi veronenses.

Anno 1276 die 6 novembris Tridenti in ecclesia beati Vigili celebravit Concilium generale dominus Henricus episcopus tridentinus, in quo praeter alia statutum fuit de excitanda caritate Christi fidelium largitione indulgentiarum versus hospitale s. Mariae de Campilio, situm in desertis locis, ubi nullum bladum, non vinum, seu aliquis fructus oritur, infra confines Vallis Solis, et Randeanae, ac fundatum, ut pauperes pascant, peregrinos et advenas hospitaliter recipiant, et nudos vestiant, et alia caritatis opera exercent. Id Henricus fecit, quia non poterant commode sustentari providus et discretus provisor nomine Lombardus, et sui confratres et conversi ibidem habitantes. Idem Henricus episcopus triduo post confirmavit omnia privilegia dicti hospitalis et ipsum suscepit sub sua protectione, ac tutela.

Anno 1277 die 10 exeunte aprili in Peluco Caldera monachus de Campeio emit unam petiam terrae sitam in pertinentiis Peluci pro libris octo denariorum veronensium a Iohanne quondam Pagapisi de Peluco.

Anno 1277 nono intrante novembri in Penzolo Nasimbenus monachus de Campeio nomine Lombardi provisoris hospitalis de Campeio emit pro 10 libris denariorum veronensium unam petiam terrae sitam in pertinentiis Penzoli a Florentia uxore Bonaventurae Lombardini de Penzolo.

Anno 1276 undecimo intrante decembri vixit Lombardus provisor monasterii et ospitalis s. Mariae de Campeio cum septem Fratribus.

Anno 1302 indictione 15 die penultimo aprilis in ecclesia s. Mariae de Campeyo Albertinus de Bocenago obtulit altari eiusdem ecclesiae plures petias terrae, fecitque professionem monachi, promittens Fratri Gataldo Priori, et aliis Fratribus eiusdem monasterii, ac eorum

⁸⁸ Sycardi, non Sigismundi.

successoribus, stabilitatem eiusdem loci, et castitatem perpetuam, et vivere sine proprio, et obedientiam secundum Deum, et Regulam beati Augustini, fuitque receptus in confratrem et conversum in dicta ecclesia et confraternitate.

Anno 1312 similem ibi professionem emisit Lombardinus de Penzolo.

Anno 1315 pariter inibi professus est Marchesanus filius ser Iacobi de Sporo Maiori. Vide infra num. 428.

Anno 1336 dominus Rivabenus Prior de Campeyo interfuit synodo tridentinae cum archipresbyteris Iudicariae, cumque domino Guillelmo Priore sancti Thomae apud Archum, ac aliis.

Anno 1341 Frater Rivabenus Prior et rector hospitalis et ecclesiae sanctae Mariae de Campeyo.

Anno 1341 scriptum, quod sacris indulgentiis excitarunt Christi fideles ad eleemosynas largiendas dicto hospitali campiliensi bonae memoriae domini Federicus, Egeno, Heinricus, Philippus, Bartholomaeus et Frater Heinricus episcopi tridentini. Id scriptum iussu Nicolai episcopi tridentini.

Anno 1492 factum fuit diligens inventarium omnium bonorum monasterii campiliensis Ordinis sancti Hieronymi. Inter ea relatum unum privilegium duodecim cardinalium cum Bullis. Pro dictis videsis Bonellum To. 2.

Quia pag. 219 [numero 426] anno 1786 facta fuit mentio Templariorum placet hic pro memoria subdere, quod Papa Clemens quintus in Concilio generali viennensi constitutione incipiente *Ad providam*, et data Viennae sexto nonas maii, pontificatus sui anno septimo, Christi autem anno 1312 extinxit Ordinem Domus Militiae Templi Hierosolymitani propter scelera, de quibus accusati fuerunt magister et Fratres, ceteraeque personae dicti Ordinis. Inhibuit, ne quis de cetero dictum Ordinem intret, vel eius habitum suscipiat, vel portet, aut pro Templario se gerat. Eiusdem Ordinis bona, idest ipsam Domum Militiae Templi, ceterasque domos, ecclesias, capellas, oratoria, civitates, castra, villas, terras, grangias, et loca, possessiones, iurisdictiones, redditus, atque iura, omniaque alia bona immobilia, et mobilia, vel se moventia, ultra et citra mare, ac in universis mundi partibus consistentia, quae idem Ordo Militiae Templi ab anno 1308 quo eius Magister et nonnulli ex eiusdem Fratribus in Francia capti fuerunt, possidebat, donavit, concessit, univit, incorporavit, et applicavit in perpetuum de apostolicae potestatis plenitudine, Ordini Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, ac Magistro et Fratribus Hospitalis eiusdem: exceptis bonis quondam dictae Militiae Templi consistentibus in regnis Castellae, Aragoniae, Portugalliae ac Maioricarum extra regnum Franciae, quae dispositioni Sedis apostolicae reservavit. Constitutionem huiusmodi direxit, ac misit plurimis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis nominatim. Inter inscriptiones autem una est huius tenoris: Patriarchae Aquileiensi, et Episcopo Tridentino, ac Thesaurario Ecclesiae Aquileiensi.

Templariorum officium fuit tueri fines, ac vias hierosolymitanae ditionis ab incursionibus hostium et latrociniiis, ut advenae, ac peregrini ad sancta illa loca invisenda tuto possent accedere. Ex Guill. Tyrio in *Historis Belli sacri* L. 12, c. 7. Iniustam eorum damnationem asserunt Sanctus Antoninus, Nauclerus, Boccacius, Sabellicus, apud Sansovinum L. 2 dell'Origine de' Cavalieri pag. 39 edit. venetae 1583. Ii originem habuerunt anno 1117 Ierosolymis. Eos probavit Honorius secundus, qui fuit Papa ab anno 1124 usque ad annum 1130. Vitae regulam, et habitum album ipsis dedit idem Honorius, addiditque crucem rubeam in pectore Papa Eugenius tertius. Dictam Regulam scripsit Sanctus Bernardus abbas claraevallensis.

Dominus Petrus de Malusco, qui fuit causidicus, iudex, ac vicedominus Anauniae ad annum 1220 et obiit ante annum 1231 in suo testamento reliquit Fratribus Militiae Templi tertiam partem cuiusdam domus in civitate tridentina existentis.

Anno 1282 in Burgo Ripae scripta fuit charta quaedam in praesentia domini Ioannis iudicis de Cavedeno, domini Adelpreti iudicis de Tridento, Stephani, qui moratur in castro Tenni, *Nicolai Templarii de Tridento*, Alberti filii quondam dominae Nidae de Tridento, et aliorum, ut videre est in meo Inventario Ripensi Capsa 2, num. 94; sed ego puto quod Nicolaus non fuerit professione Templarius.

Anno 1309 Tridenti facta est taxatio omnium ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, et locorum ecclesiasticorum civitatis, et dioecesis tridentinae, taxatique sunt Redditus ecclesiae s. Mariae de Campeio, cum capella s. Blasii Vallis Solis tredecim Marchas. *Redditus autem ecclesiarum, hospitalium, et locorum ad Fratres Ordinis Hospitalis s. Mariae Domus Teotonicorum Ieroslymitani spectantium trecentas Marchas.* Ibi nulla est mentio Templariorum.

Anno 1218 Fridericus episcopus tridentinus asseruit ab se fundatum et aedificatum hospitale s. Mariae de Campeio, de consensu clericorum, et vassallorum, reservato sibi iure patronatus et advocatia in perpetuum. Sed ex dictis supra monendum, quod extiterit antequam Fridericus fieret episcopus tridentinus. Hinc puto, quod inchoatum finierit, et perfecit.

427. Anno 1642 scripta fuit charta sequens: In Christi nomine. Amen. Anno Domini 1642 (sic), indictione 10 die 31 decembris Pergini in domo meae habitationis, praesentibus domino Melchiore quondam Baldessaribus Baruchelli Thenae, et Iosepho de Christofoletis vallis Ananiae vocatis testibus. Stephanus della Mora Gastaldus Susati et consortium, Bartholomaeus Sbaldotus de duodecim Canalis, nomine etiam Petri Posser, Franciscus quondam Melchioris Antonioli, nomine etiam Francisci quondam Bartholomaei Antonioli, Gasparis Bret, et Stephani Micheletae de duodecim Susati, dominus Ioannes de Sartoribus, et dominus Stephanus Andreatae, nomine etiam Iacobi de Sartoribus de duodecim Costae Savinae, Antonius quondam Christophori de Lazaris, Valentinus Banalus, Antonius quondam Leonardi de Lazaris de duodecim Roncogni, agentes dictis nominibus, ac nomine totius Gastaldiae Susati et consortium, per se, et successores, causa fabricandi novam campanam ecclesiae sanctae Annae de Roncogno, dederunt, et vendiderunt domino Dominico quondam Lazari de Lazaris Roncogni, praesenti et ementi pro se etc. fratam arativam, et partim grezivam starii cum dimidio circiter et prout est ad corpus etc. et iuxta terminos fixos, sitam in pertinentiis Roncogni, in Celva, sive *alle Pozze*, a mane Christophorus de Lazaris, meridie et sero via comunis, septentrione emptor etc. Item prativam cum quercubus, et stropariis intus pro ea quantitate, qua reperitur, in iisdem pertinentiis, et iuxta terminos fixos, a mane commune, meridie Christophorus de Lazaris, sero et septentrione emptor, salvis etc. Ad habendum etc. Accessibus, et egressibus suis etc. omnique iure etc. pretio rhenensium triginta quinque de tronis $4\frac{1}{2}$ ad estimationem Stephani Andreatae, et Valentini Banali hominum electorum, quos dictus Gastaldus fassus fuit habuisse, computatis undecim ibi numeratis. Renuntians (sic) exceptioni non habiti dicti pretii saltem inregraliter, non sic factae venditionis, omnique alii eorum iuri, et legum auxilio etc. Constituens se tenere etc. donec etc. quam etc. Promittentesque de evictione, et legitima defensione contra quoscumque, secundum formam iuris, ac de rato etc. poena refectionis etc. qua etc. Obliganets omnia alia bona dictae Gastaldiae praesentia, et futura etc. Hac adiecta conditione attento, quod rhenenses viginti quatuor pro fabricanda campana hominibus Roncogni dimittuntur, quatenus in die sanctae Annae campana non esset confecta, quod dicti rhenenses viginti quatuor revertantur ad totam Gastaldiam, quia sic etc.

Nicolaus de Martinis notarius rogatus etc.

L + S. Et ego Ioannes Laurentius filius quondam nobilis et spectabilis domini Nicolai de Martinis Pergini publicus imperiali auctoritate notarius, suprascriptum instrumentum ex protocollo praedicti quondam domini patris mei fideliter desumpsi; factaque collatione cum eodem concordare inveni: ideo me subscripsi, et solitum meum signum apposui. In quorum fidem etc. Ad laudem Dei.

Nota. Membranam hanc labefactatam ad me misit describendam die 31 augusti 1791 R. P. Cyrillus de Revaudo Guardianus perginensis. Vide, quae de ipsa scripsi To. 3 epist. 721.

428. Anno 1315 Marchexana filia ser Iacobi de Sporo Maiori⁸⁹ se Deo consecravit in hospitali sanctae Mariae de Campeio, promittens stabilitatem loci de Campeio, castitatem perpetuam, et vivere sine proprio secundum Regulam beati Augustini, et obedire Fratri Bartholomaeo Priori de Campeio, et eius successoribus. Obtulit ei etiam quadraginta libras

⁸⁹ Vide supra num. 426, anno 1315.

denariorum veronensium. Dictus Frater Bartholomaeus fuit octavus Prior Campilii; nam ipsum praecessit septimus Frater Amedeus. Ceterum reperi etiam, quod anno 1324, die 24 aprilis in Campeio quatuordecim monachi capitulariter ad sonum campanae congregati elegerunt sibi octavum hospitalis et monasterii s. Mariae de Campeio Priorem Fratrem Bussum de Mortasio. Ita reperi sed vide supra.

429. Anno 1679 die 13 aprilis Viennae Leopoldus primus Romanorum imperator dedit quoddam diploma Frigeriis tridentinis. Incipit: Leopoldus divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatae, Sclavoniae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumarnae, Bulgariaeque etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, marchio Moraviae, dux Lucemburgae, ac Superioris et Inferioris Silesiae, Wiertembergae, et Thekiae, princeps Sveviae, comes Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi et Goritiae, langravius Alsatiae, marchio sacri Romani imperii supra Anasum Burgoviae, ac utriusque Lusatiae, dominus Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis, et Salinarum etc. Vobis fidelibus nostris Ioanni, et Martino fratribus carnalibus natis Tridenti filiis quondam Ludovici e Frigeriis⁹⁰, salutem et gratiae nostrae caesareae, ac regiae continuum erga vos incrementum. Cum potestas regum et principum clarissimorum dignitas, non solum ad tuenda imperia etc. etc.⁹¹ Cum itaque harum rerum consideratio animo nostro inhaereat, vos Ioannes et Martine de Frigeriis fratres carnales pro re praesenti nobis occurristis, quos caesarea regiaque munificentia nostra, exigentibus id meritis, et virtutibus vestris, benigne exornaremus, potissimum cum intellegamus, vos alias etiam ex nobili prosapia in diversis Italiae partibus esse. Quorum maiores et antecessores non solum doctrinam et aliis generosis actibus claruisse, sed etiam diversis occasionibus praeclara augustissimae Domui nostrae austriacae, ac regno nostro Hungariae praestitisse merita, et servitia. Avus namque vestrum duorum fratrum, nempe Petrus Iacobus, et eiusdem frater Martinus de Frigeriis, non mediocria dederunt fidelitatis, atque prudentiae specimina. Martinus enim postquam in Belgio fuisset capitaneus sub regimine quondam comitis Gerhardi Rangoni colonelli, et antenominatae Domui nostrae austriacae servivisset, multisque et variis dimicationibus, ac praeliis in persona interfuisset, ac sese ibidem strenue et militariter gessisset, officio capitaneatus sui compluribus annis generose functus, tandem in Statum mediolanensem, pro defensione eiusdem Status rediens, vitam ibi cum morte laudabiliter, et gloriose commutavit. Petrus Iacobus vero postquam sancto Carolo Borromaeo inter aulicos, et non postremos Mediolani actuali fidelis et prudentis aulici servitio meruisset admitti, quod et cum omni satisfactione peregit, Romam se contulit, ubi nacta occasione pariter bene serviendi rev.mo quondam cardinali Christophoro Madrusio (sic) in officio Aulae praefecti, a quo et Tridentum duci contigit, ab istius civitatis magistratu ob praeclaras animi dotes inter cives fuit adscriptus⁹², multisque privilegiis atque praerogativis donatus. Quorum praemissorum, sed vel maxime aliorum quamplurimorum per vos, ac dictos antecessores vestros domi forisque laudabiliter ac viriliter praestitorum, praeclareque factorum, et antecessorum praenominatorum quoque vestrorum ergo, ut nostram vicissim erga vos gratiam et clementiam declaremus, virtutisque vestrae memoriam numquam intermorituro testimonio cohonestemus, et illustremus, quo vestro exemplo aliis etiam fidelibus subditis nostris, paecipue vero vestris posteris, et haeredibus ex legitima serie descendentibus virtutes vestras, et similia benemerendi studia amplectendi, ac imitandi maius incitamentum. et calcar addatur, vos Ioannem, atque Martinum filios quondam Ludovici de Frigeriis supranominati, alias etiam nobilitari praerogativa gavisos, de caesareae, ac regiae potestatis nostrae plenitudine, et gratia speciali, considerantes praesertim propensum vestrum animum et singularem quemdam erga praefatum regnum nostrum Hungariae, et gentem nationemque hungaricam affectum, quibus vos eidem regno, eiusdem sacrae coronae fideliter et constanter servire cupere, atque velle iam dudum percepimus, in

⁹⁰ Conferto inferius in isto ipso numero.

⁹¹ Hic plura omisi brevitatis gratia.

⁹² anno 1603.

coetum et numerum verorum, antiquorum, atque indubitatorum memorati regni nostri Hungariae, partiumque eidem annexarum nobilium, et equitum auratorum duximus annumerandos, cooptandos, et adscribendos. Annuentes, et ex certa nostra scientia animoque deliberato concedentes, ut vos a modo imposterum futuris et perpetuis semper temporibus, omnibus illis gratiis, dignitatibus tam ecclesiasticis, quam saecularibus, honoribus, indultis, privilegiis, libertatibus, iuribus, praerogativis, et immunitatibus, quibus ceteri, veri, antiqui, atque indubitati iam fati regni nostri Hungariae, partiumque eidem annexarum, atque provinciarum nostrarum haereditariarum, et imperii nobiles, et equites aurati hactenus quomodolibet de iure, vel consuetudine usi sunt, et gavisi, utunturque, et gaudent, uti, frui, et gaudere possitis, et valeatis, haeredesque et posteritates vestrae utriusque sexus universi valeant atque possint. In cuius quidem nostrae ergo vos exhibitae clementiae liberalitatisque testimonium, veraeque ac indubitatae nobilitatis signum, quo perpetuum nostrae ad hanc nobilitatem sublimationis extet documentum, eademque pleniore beneficio decorata in oculos clarius incurrat hominum, praememorata autoritate nostra caesarea et regia, antiqua et gentilitia Armorum vestrorum, quibus hactenus usi estis, insignia non modo clementer approbavimus, roboravimus, ratificavimus, et confirmavimus, verum etiam auximus, amplificavimus, et illustravimus, quemadmodum vigore praesentium approbamus, roboramus, ratificamus, confirmamus, augemus, amplificamus, et illustramus, ac in hunc, ut sequitur, modum gestanda, deferendaque concedimus ac elargimur. Scutum nempe militare regio diademate pretiosissimis lapidibus exornato coromatum, atque redimitum in quatuor partes medio Crucis divisum, cuius in inferiori dextra, nigra aquila uniceps coronata, naturaliter effigiata, expansis alis, rostro patulo, et lingua rubicunda exerta, pedibusque distentis, ac cauda inter eos deflexa, tota corporis mole arrecta, erecte stans, supra campum album, superius vero leo aureus itidem coronatus, et naturaliter effigiatus, lingua vero pariter rubicunda exerta, erecte pedibus inhaerens posterioribus corpus habens aurei coloris, supra campum coelestinum: in inferiori porro sinistra aequae leo coronatus, praerecensito per omnia similis, itidem supra campum coelestinum. In superiori denique sinistra partibus aquila quoque nigra coronata, alioquin priori per omnia similis supra campum pariformiter album continentur. Quemadmodum haec omnia in principio, seu capite praesentium litterarum nostrarum edocta manu, et artificio propriis et genuinis suis coloribus clarius depicta, et ob oculos intuentium lucidius posita esse conspiciuntur. Decernentes, et hoc nostro caesareo et regio edicto statuentes, ut vos Ioannes, et Martine, omnesque liberi, haeredes, posterii, et successores vestri legitimi utriusque sexus nati, et nascituri, praedeclarata Armorum insignia in omnibus, singulisque honestis et decentibus actibus, exercitiis, atque expeditionibus, tam serio, quam ioco, in hastilibus, seu hastatorum dimicationibus, pedestribus, et equestribus, in bellis, duellis, singularibus certaminibus, ac quibuscumque pugnis cominus, eminus, in scutis, banneriis, vexillis, clypeis, tentoriis, caenotaphiis, sepulchris, monumentis, clenodiis⁹³, annulis, monilibus, sigillis, aedificiis, parietibus, fenestris, ostiis, lacunaribus, tapetibus, ac supellectilibus libere, pacifice, et absque omni molestia, et impedimento, vel contradictione habere, gestare, ac deferre, iisdemque pro rei necessitate, et voluntatis vestrae arbitrio, more aliorum nostrorum verorum, antiquorum, atque indubitatorum memorati regni nostri Hungariae, et partium eidem annexarum nobilium, et equitum auratorum, uti possitis et valeatis, haeredesque et posteritates vestrae utriusque sexus universi valeant atque possint, aptique sitis, ac idonei ubique ad ineundum, et recipiendum omnes gratias, canonicatus, praelaturas, et alias dignitates tam ecclesiasticas, quam seculares, libertates, exemptiones, feuda, privilegia, vacationes a muneribus, et oneribus quibuscumque realibus, personalibus, sive mixtis, ad utendum denique singulis iuribus ubique terrarum, tam nempe in dictis regno nostro et provinciis nostris haereditariis, quam in imperio, et alibi, quibus ceteri a nobis seu praedecessoribus nostris Romanorum imperatoribus et regibus Hungariae huiusmodi nobilitatibus insigniti utuntur, fruuntur, et gaudent, quomodolibet consuetudine, vel de iure, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Imo damus, et concedimus, praesentium per vigorem, et vos nobilitamus, volentes insuper, ut etiam a quatuor

⁹³ Clenodium, est res magni valoris, donum pretiosum: Dom. Macrus in Hierolexico.

generationibus antecedentibus tam paternis, quam maternis ita vos, sicuti haeredes et successores vestri universi eadem autoritate nostra caesarea et regia, iam fati omnibus privilegiis, atque nobilitaribus praerogativis insigniti, et nobilitati dicamini, nominemini, habeamini, atque reputemini, ita tamen, et ea conditione, ut dictae sacrae regni nostri Hungariae coronae, augustissimaeque Domui nostrae austriacae, et deinde maiestati quoque nostrae, prout et successoribus nostris legitimis Hungariae regibus debitam fidelitatem et obedientiam praestare, exhibere, et illam futuris semper temporibus illibatam, uti hactenus, servare debeatis, et teneamini. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes litteras nostras privilegiales secreto duplici, et authentico sigillo nostro, quo ut rex Hungariae utimur impendenti communitas, vobis Ioanni et Martino de Frigeriis haeredibusque, et posteritatibus vestris utriusque sexus universis, natis, et nascituris, gratiose dandas duximus, et concedendas. Datum per manus fidelis nostri sincere dilecti rev.mi in Christo Patris domini Georgii Szelepcheny ecclesiae metropolitanae strigoniensis archiepiscopi, locique ac comitatus eiusdem supremi, et perpetui comitis, primatis Hungariae, legati nati, summi et secretarii, cancellarii, consiliiarique nostri intimi, nec non per Hungariam in iudiciis locumtenentis nostri, in civitate nostra Vienna (sic) Austriae die decima tertia mensis aprilis anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo nono, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, Hungariae et reliquorum vigesimo quarto, Bohemiae vero anno vigesimo tertio, rev.mis et venerabilibus in Christo patribus dominis, dicto Georgio Szelepcheny antelatae strigoniensis, et altero Georgio Szecheny colocensis et bachiensis ecclesiarum canonicae unitarum archiepiscopis, Ferdinando Palffy ab Erdöd agriensis, Fratre Martino Borkovich zagradiensis, Thoma Palffy a dicta Erdöd nitriensis, Ioachimo Luzinsky varadiensis, dicto Georgio Szecheny administratore iauriensi, Stephano Senniely vesprimiensi, Ioanne Gubasoczy electo vacziensi, Fratre Ioanne Kery chanadiensi, tertio Fratre Paulo Szecheny electo quinqueecclesiensi, Francisco Cikuliny electo segniensi et modrusiensi, Francisco Iany sirmiensi, quarto Fratre Thoma Chehorad electo samandriensi, Nicolao Balogh electo noviensi, Andrea Szily electo scopiensi, Petro Krompay electo corbaviensi, quinto Fratre Christophoro Roxas Thiniensi, Andrea Sebesteny electo scardonensi, sexto Fratre Nicolao Plumbeo electo bosnensi, et Iacobo Hassko electo rosonensi, ecclesiarum episcopis ecclesias Dei foeliciter gubernantibus. Item spectabilibus, ac magnificis officio palatinali vacante, comite Adamo Forgach perpetuo de Ghimes iudice de Monyokerek, altelatorum regnorum nostrorum Dalmatae, Croatiae, et Sclavoniae Bano, officio tavernicali vacante, comite Adamo a Zrinio, Agazonum, comite Nicolao Palffy de praementionata Erdöd, perpetuo Vëorëoskeo, cubiculariorum, comite similiter Nicolao Draskovich de Trakostyan, ianitorum, comite Georgio Illieshazy perpetuo a Trinchin, dapiferorum, comite Christophoro de Batthyan perpetuo in Nemethuyvar, pincernarum, comite Paulo Esterhassy de Galantha, perpetuo in Frakno, Curiae nostrorum regalium in Hungaria magistris, ac mentionato comite Nicolao Palffy de iamfata Erdöd, comite posoniense, ceterisque quamplurimis annotati regni nostri Hungariae comitatus, et honores etc.

Leopoldus etc. Georgius Szelepcheny archiepiscopus strigoniensis etc.

Stephanus Orban etc.

Nos celsissimi, et rev.mi domini domini Petri Vigili episcopi et S.R.I. principis Tridenti etc. marchionis Castellarii etc. ex comitibus de Thunn et Hohenstein etc. etc. locumtenentes et consiliiarii. Fidem indubiam facimus antescriptum caesarei regii diplomatis exemplar fuisse, ac esse fideliter desumptum ex eius authographo celsissimo et rev.mo domino episcopo, et S.R.I. principi Tridentino domino nostro clementissimo in pleno suo Consilio aulico formiter insinuato, et recognito, subindeque in hac cancellaria aulica authentice regesto. In quorum testimonium hasce nostras dedimus Tridenti ex cancellaria castris Boni Consilii prima iulii 1791.

J.B.⁹⁴. Gentilotti Cancellarius aulicus etc.

L+S. Episc. impressi

Bernardinus de Mancini secretarius aulicus etc.

⁹⁴ Ioannes Baptista.

Nota. Diploma descriptum concinna manu nobilis domini Iosephi Francisci de Castello Trilaci notarii collegiati, et civis Tridenti recognitumque manibus ill.mi domini cancellarii Gentilotti, et perillustris domini secretarii Mancii, accepi hac die 22 octobris 1791 ab ill.mo domino barone Gaudentio Antonio de Gaudentio, a quo insuper accepi, quod messer Pietro Iacomo Frizeri sartor scoditor della colta del anno 1607 per il quartero di s. Pietro dicitur in libro archivi civici. Mattio di Petri di Lorena sartore lavora in bottega di mastro Pietro Frigerio ad annum 1620 asseritur in Lib. dicti archivi. Quod dominus Caesar filius quondam domini Iacobi Frigerii de loco Mirandulae, habitator et incapsator scloporum Tridenti ex una, et domina Barbara filia magnifici domini Alberti Avancini de Tridento, patre ex altera, matrimonium contraxerunt die 10 septembris 1651, ex rogitis Antonii Bernardelli. His addo ego, quod in Albo civium Tridenti ad annum 1589 est La Casa, e Famiglia Fritzeria. Extincta. Ad annum vero 1603 die 1 iunii mastro Pietro Iacomo Frigeri sartor. Ex Albo consulum Tridenti constat, quod Martino Frigieri fuit thesaurarius civitatis ann. 1671, 1672 et 1673⁹⁵. Ioannes Dominicus Frigerius procurator civitatis an. 1762, 1763, 1767, 1768, 1771-1787, ac forsitan etiam aliis annis non notatis in meo catalogo. Martinus Frigerius, qui fuit meus condiscipulus Roboreti anno 1749. Thesaurarius civitatis annis 1779, 1780. Dominicus Frigerius procurator civitatis anno 1790. Alibi reperi, quod anno 1695 vixit dominus Ioannes Dominicus Friggerius Tridentinus⁹⁶. Anno 1687 die 21 decembris Tridenti ortus est Martinus Liberatus Frigerius, qui fuit plebanus s. Petri Tridenti a calendis novembris 1725 usque ad martium anni 1770, quo vivere desiit. Ioannes Dominicus Frigerius fuit notarius collegiatus Tridenti anno 1782. Martinus Frigerius notarius collegiatus, et massarius collegii tridentini anno 1785 ac 1786. Misser Ludovico Frigeri sartor a san Marco in Trento l'anno 1625. Mater soror Ioanna Benevenuta Frigeria de Tridento monialis Clarissa ad s. Michaellem Tridenti a die 30 decembris 1685, obiit die 13 decembris anno 1734 aetatis suae 69. Mater soror Maria Victoria Iosepha Frigeria nata Tridenti die 20 iulii anno 1762 et monialis in dicto monasterio a die 25 aprilis 1694, decessit ibidem die XI martii anno 1740. Frizerios, qui relicto Vezano Tridentum venerunt, omitto.

430. Anno 1499 die 14 novembris ser Mapheus Sandrinus quondam Petri Sandrini de Pergamo civis Tridenti, praesente spectabili iuris utriusque doctore domino Petro eius filio, et omnibus etc., vendidit plures petias terrae praestantibus viris ser Iacobo a Prato, et Ioanni Antonio Ponae, tanquam tutoribus nobilium pupillorum Ioannis Baptisate, et Antonii filiorum, et haeredum ser Giroldi a Prato. Ex rogitis Nicolai quondam Aprovini de Aprovinis.

431. Anno 1529 Bernardus episcopus tridentinus investivit Ioannem Antonium, et Ioannem Iacobum Pona Fratres de quadam decima refutata a Calapino, et Odorico fratribus de Calapinis, sita in pertinentiis villae Covali districtus Tridenti anno 1529 die 19 iulii.

432. Anno 1508 die 25 septembris Georgius episcopus tridentinus investivit fidelem suum dilectum Ioannem Baptistam a Prato civem Tridenti de pluribus petiis terrae, sitis in pertinentiis Tridenti ac praecipue in Villa Montanae, tamquam feudales renuntiatas a Paula filia quondam Christophori de Molveno, et olim uxore Augsutini Spinulae ianuensis iam civis Tridenti Ioanni Antonio Ponae, ac Iacobo a Prato accipientibus, et stipulantibus curatorio nomine praefati Ioannis Baptisate, ac Antonii eius fratris. Ex Collect. clesiana.

433. Anno 1405 Georgius episcopus tridentinus investivit nobilem virum Odoricum Schrattenberger quondam domini Ottonis de Austria, praesente domino Gulielmo quondam domini Conradi de castro Belasio servitore domini episcopi praedicti. Anno 1406 Odoricus

⁹⁵ Anno 1680 et 1683 dominus Martinus Frigerius civis et mercator Tridenti. Anno 1794 die dominicae Paschae 20 aprilis Tridenti obiit filius dominae Frigeriae viduae. Anno 1794 die dominico 1° augusti Tridenti in aedibus Battaleis obiit Salvotus muriensis filius dominae Frigeriae tridentinae viduae Salvotae, ac haeredis presbyteri Hieronymi Gottardelli eius domini. Vixit annos circiter 14.

⁹⁶ Anno 1712 il sig. Giovan Dominicho Frigeri massaro della veneranda Casa di Dio in Trento.

dictus Schrattinberger servitor domini episcopi tridentini. Anno 1448 Ioannes Paulus Schrattenberger fuit investitus ab episcopo tridentino de omni decima quae percipitur de possessione in pertinentiis Tridenti, in loco ubi dicitur in Isola de Pestenga apud Pavernfent carnifices in Tridento⁹⁷. Ex cit. Collect. clesiana. Anno 1535 Iacobus Schratimperger procurator civicus. Ex archivo civico.

434. Anno isto 1791 die 7 novembris ill. mus dominus Bernardinus Mancius secretarius aulicus Tridenti, filius ill. mi domini Philippi Mancii pariter secretarii aulici tridentini, ac patricii Tridenti, pro sua in me humanitate, ultro, ac sponte mihi exhibuit, ac tradidit folium ab se scriptum sequentis tenoris.

Nota de' privilegi insinuati dalle seguenti famiglie sotto il glorioso governo di sua altezza rev. ma Pietro Vigilio de' conti di Thunno, et Hohenstein etc. principe regnante⁹⁸.

1. Altempurgher barone del Sacro Romano Impero colli predicati di Marchenstein, e Travenberg.

2. Filosi di Mezzo Lombardo nobile arciducale ed imperiale.

3. Terlago privilegio confirmante quello di conte anticamente ottenuto dalla Famiglia di conti de S.R.I.

4. Zambelli nobile del .R.I. dell'Ordine equestre.

5. Festi di Villa Lagarina nobile del S.R.I. dell'Ordine equestre.

6. Angelini di Ala nobile imperiale.

7. Vescovi di Vermiglio nobile imperiale.

8. Stefenelli di Fondo nobile imperiale di Penterhoff, et Hohenaur.

9. Gaudenti barone del S.R.I. colli predicati a Turri, et Roccabruna. Vide nostrum Gaudentismum.

10. Borsieri nobile imperiale col predicato di Kanilfeld⁹⁹.

11. Dall'Avo nobile imperiale col predicato di Vichberg.

12. Frigeri nobile unghese, ed austriaco dell'Ordine equestre aureato. Vide supra num. 429.

13. Salvadori nobile imperiale e barone del S.R.I.. Vide supra num. 320, 321.

14. De Pretis di Cagnò nobile imperiale¹⁰⁰.

15. Madernini di Villa Lagarina nobile imperiale col predicato di Taubenberg.

16. Giuliani di Nano nobile imperiale dell'Ordine equestre col predicato di Nanberg.

17. Gresti d'Ala nobile imperiale col predicato di Leonardsberg.

PRIVILEGI

ottenuti dal Serenissimo Elettore bavaro conte palatino e Vicario imperiale, insinuati.

1. Salveto de' Salveti di San Lazaro conte¹⁰¹.

2. Graziadei conte col predicato di Terlago.

3. Saracini conte col predicato di Belfort.

4. Giuseppe Sardagna conte col predicato di Hohenstein, e Neoburg¹⁰².

5. Tabarelli conti col predicato de Fatis Terlago detti Tabarelli.

6. Moscardini di Riva conti.

7. Consolati conti col predicato di Bauhoff, ed Heiligenbrunn.

8. Festi di Villa Lagarina conte col predicato di Ebenberg, e Braunfeld.

9. Braga di Ala nobile col predicato di Ridenbbald, e Rothenbrunn.

10. Triangi conte col predicato a Latsch, e Madernbourg.

⁹⁷ Carnifices idest laniones, seu macellarios.

⁹⁸ Idest ab anno 1776 exeunte.

⁹⁹ Tutti li Borsieri.

¹⁰⁰ Cagnò non est predicatum sed patria.

¹⁰¹ Salvetto Salvetti factus civis Tridenti anno 1634, thesaurarius Tridenti 1662. Quello che si ha fatto conte si è Domenico vivo anche nel 1795 e 1803, 1805.

¹⁰² Sradagna di Borgonovo, detto dalla Racchetta.

11. Baldovini Giovanni Battista, e Baldassare fratelli conti col predicato de Cparis, e Baselga.

12. Giambattista Zambelli conte col predicato de Turribus, Palaierhoff, e Romagnanburg.

13. Antonio Crivelli conte col predicato di Kreutzperg.

14. Filippo Capolini della città di Riva conte colli predicati di Varonenbach, e Brionenberg.

15. Antonio Fiorio barone colli predicati di San Cassiano, e di Riva.

16. Lutti conte colli predicati di Cortazza e Penon¹⁰³.

Ita laudatum folium, cui hodie nihl prorsus addere libet, quamvis plura possem addere.

435. Anno 1608, die 2 martii Tridenti scripsit domino Ioanni Gaudentio Gaudento studioso Paduae Ioannes Antonius Pona de Hieremiis, praeter alia: Di nuovo qui non s'ha altro, che lo spaventevole tripudio, seguito al lunedì grasso prossimo passato, essendo quel giorno stati giustiziati e decapitati il dottor Livio Pompeato, Antonio Brugnori suo servitore, ed il Calzetta, per li casi ch'io li scrissi: al che intervenne infinita moltitudine di gente, e dicesi, che mai più dopo che Trento è Trento è avvenuta una giustizia tale per la qualità delle persone decapitate, intendo rispetto al dottore. Quanto alla vedova Roncona, rispetto a quello si giudicava, si può contentare, poichè è stata condannata solo, a quel che intendo, in ragnesi 250 e nelle spese occorse per lei, e per il Calzetta. Bisogna in somma esser huomini da bene, altramente s'incorre in questi orrendi spettacoli. Iddio dia pace a quelle anime. *Subscriptus*. Affett.mo compadre, cugino e servitore Giovanni Antonio Pona de Geremii.

Nota. Inregra epistola servatur in archivio Gaudento, ex quo hunc paragraphum transcripsit, ac mihi perhumaniter exhibuit die 19 novembris 1791 ill.mus dominus Gaudentius Antonius baro de Gaudento. Dicto anno 1608 bissextili feria 2 post dominicam Quinquagesimae occurrit die 18 februarii.

436. Anno 1499 die 14 novembris ser Mapheus Sandrinus quondam Petri Sandrinii de Pergamo civis Tridenti¹⁰⁴, praesente spectabili iuris utriusque doctore domino Petro eius filio, et consentiente, ac sponte renunciante etc. vendidit praestantibus viris ser Iacobo a Prato, et Ioanni Antonio Ponae tanquam tutoribus nobilium pupillorum Ionnis Baptistae, et Antonii filiorum et heredum ser Giroldi a Prato plures petias terrae scribente notario Nicolao quondam Arovini de Arovinis, teste infra laudando nobili domino Iosepho de Castello notario Tridenti hac die 19 novembris anno 1791.

437. Anno 1487 die 14 iulii ser Mapheus Sandrini garbarius testis occurrit in testamento Iuliani dicti della Gardelina, scripto per notarium Calavinum, et servato in archivio ill.mi domini comitis Bartholomaei Trilaci Tabarelli Tridenti.

438. Anno 1502 die 22 ianuarii magister Mafeus Sandrinus civis Tridenti refutavit in manibus egregii viri domini Stephani de Cazufis uti Ministri Fraternitatis novae¹⁰⁵, utile dominium, et melioramenta unius petiae terrae. Ex rogitis Calavinianis apud comitem Tabarelli.

439. Anno 1503 die 24 ianuarii, egregiis et nobilibus viris dominis Iacobo de Prato, et domino Iohanni Antonio Ponae, promisit solvere rhenenses 173 dominus Christophorus quondam domini Odoricii hospes ad signum Crucis in villa Brondioli, praesentibus ser Bernardino quondam ser Dominici Gelphi notario, et cive Tridenti, magistro Mafeo Sandrini cerdone, magistro Iohanne sutore, Guaspere (sic) quondam magistri Iohanini aurificis, omnibus civibus et habitatoribus Tridenti, testibus, Ex rogitis Calavinianis apud comitem Tabarellum.

¹⁰³ Li soli Lutti di Trento, non già li rivani e poiiani.

¹⁰⁴ Anno 1453 indictioe 1 die iovis 28 iunii Tridenti providus vir magister Sandrinus cerdo quondam Venturini civis, et habitator Tridenti testis, ex charta archivi monialium s. Michaelis. Ita et anno 1457.

¹⁰⁵ Fraternitas nova misericordie, nunc dicitur *le Fradagle*, collegium puellarum miserabilium.

440. Anno 1504 die 18 iunii, honorandus civis tridentinus magister Mapheus Sandrinus calceator resignavit utile dominium, et melioramentum unius clausurae sitae extra portam Sanctae Crucis in loco dicto *al Cernidor*, in manibus dominorum canonicorum tridentinorum scribente notario Antonio Cariolo.

441. Anno 1504 die 19 novembris ser magister Mapheus Sandrinus calcearius, civis et habitator Tridenti vendidit unam petiam terrae. Ex rogitis Guielmi Galli¹⁰⁶.

442. Anno 1499 die 24 decembris magister Mapheus Sandrinus, et eius filius Petrus iuris utriusque doctor, investiti fuerunt ab heredibus quondam ser Girolodi a Prato, de quatuor petiis terrae *al Cernidor* extra portam s. Crucis, quarum uni confines sunt Bernardus parolarius a mane, a septentrione prata olim haeredum quondam ser Melchioris ab Oleo, a sero Montanellus de Montanariis partim, et partim dominus Donatus de Calapinis, a meridie fluvius Athesis. Item de una domo in Contrata Malpagae, de tribus stabulis etc. Scripsit notarius Nicolaus quondam Arovini de Aroviniis.

443. Anno 1496 die 14 aprilis magister Mapheus Sandrinus civis Tridenti recepit rhenenses 50 nomine egregiae dominae Margaretae quondam ser Girardi Miranae filiae, ac ipsius magistri Maphei consortis, a magistro quondam magistri Pelliciarri Parolaro cognato suo. Ex rogitis Arovinianis. Hic videtur aliquid omissum fuisse.

444. Anno 1502 die 9 decembris. Providus vir ser Mapheus quondam Petri Sandrini de Bergamo civis et habitator Tridenti, vendidit unam domum cum apotheca positam in Contrata Fossati Tridenti, circumspectis viris magistris Petro, et Alexandro fratribus filiis ser Donini de Ferrandis de Sancto Donino, videlicet de Castello Sancti Donini ducatus mediolanensis, aromatariis, civibus et habitatoribus Tridenti. Ex rogitis Arovinianis.

445. Anno 1505 die 21 augusti magister Mapheus quondam Ioannis (sic) Sandrini de Bergamo civis Tridenti recepit rhenenses 40 ab egregio viro ser Bernardino quondam ser Dominici Gelphi cive Tridenti et eis cognato. Ex rogitis Arovinianis.

446. Anno 1505 die 20 novembris magister Mapheus quondam Ioannis Sandrini de Bergamo calceator et civis Tridenti emit petiam terrae a domino Hieronymo a Sale. Ex rogitis Arovinianis.

447. Anno 1506 die 9 decembris magister Mapheus Sandrinus quondam Petri de Bergamo civis et habitator Tridenti, sive magistri Petrus et Alexander fratres filii ser Donini de Ffrandis de Sancto Donino ducatus mediolanensis aromatarii, cives et habitatores Tridenti solverunt pretium domus ab ipso emptae haeredibus ser Girolodi a Prato. Ex rogitis Arovinianis.

448. Anno 1508 die 24 maii, spectabilis et eximius iuris utriusque doctor dominus Petrus filius ser Maphei Alexandrini civis et habitator Tridenti, vendidit domino Simoni quondam ser Gerardi Miranae aliquot petias terrae. Ex rogitis Arovinianis.

¹⁰⁶ Anno 1434 die 1 martii Sandrinus stazonerius quondam Ysepi de Bergamo civis et habitator Tridenti. Ex rogitis Antonii Bertolas de Burgonovo. Anno 1447 die 25 februarii ser Sandrinus draperius quondam ser Isepi de Pedrizatis de Bergamo civis et habitator Tridenti. Ex rogitis Antonii Galli apud dominum Iosephum comitem de Lodrone Tridenti. Anno 1447 die 25 februarii ser Sandrinus draperius quondam ser Isepi Redrizati de Bergamo civis et habitator Tridenti. Ex apographo lodroniano, seu comitis Bartholomaei Tabarelli, quod vidi propriis ac attentis oculis hac die 22 novembris 1793. Vidi, et pluries consideravi illud *Redrizati*.

449. Anno 1513 die 26 februarii spectabilis, et excellens iuris utriusque doctor dominus Petrus Alexandrinus civis Tridenti filius quondam ser Maphei Sandrini retroemit a domino Simone Mirana plures petias terrae. Ex rogitis AProvinianis.

450. Anno 1502 die 22 februarii providis et nobilibus viris domino Ioanni Antonio Ponae, et Iacobo a Prato civibus, et habitatoribus Tridenti providus vir Silvester filius ser Francisci ser Menegini Aslagii districtus Venetiae promisit solvere ducatos duodecim auri pro ferro sibi dato, et pro uno saldo et calculo factis. Ex rogitis Calavinianis.

451. Anno 1503 die 27 martii, egregii et nobiles viri domini Iacobus de Prato, et Ioannes Antonius Pona cives tridentini, tutoriis nominibus Ioannis Baptistae, et Antonii filiorum et haeredum quondam ser Giroldi stazonerii de Prato civis Tridenti, fecerunt quamdam liberationem Ieronimo et Conto fratribus et filiis quondam ser Iacobi Contii de Osana vallis Solis diocesis tridentinae. Ex rogitis Calavinianis.

452. Anno 1494 die 28 aprilis spectatus vir dominus Iacobus filius quondam ser Ioannis a Prato gener dominae Bonae uxoris artium et medicinae doctoris domini Ioannis de Aregio civis Tridenti accepit in solutum ab eadem domina Bona quamdam etc. Ex rogitis de AProvinis.

453. Anno 1499 die 19 febrarii egregius vir dominus Ioannes Antonius Pona tamquam tutor Baptistae et Antonii filiorum et haeredum quondam ser Giroldi de Prato dicti stationerii olim civis Tridenti, pactum quoddam iniit cum magistro Ioanne de Traus...¹⁰⁷ Ex rogitis AProvinianis.

454. Anno 1510 die 23 septembris egregius vir dominus Ioannes Baptista filius quondam ser Giroldi de Prato dicti stationerii, civis et habitator Tridenti, vendidit unum affictum ser Iacobo quondam Francisci de Roveredo civi et habitatori Tridenti. Ex rogitis Nicolai AProvinii. Iacobus iste alibi dictus reperitur de Antonellis de Roveredo plebis Civizani.

455. Anno 1517 die 7 iulii nobilis dominus Iacobus quondam ser Iohanns de Prato civis, et habitator Tridenti, administrator Iohannis filii sui, et filii et haeredis quondam dominae Maxentiae uxoris praefati domini Iacobi, et filiae quondam domini magistri Iohannis de Aregio medici, refutavit ad manus egregii domini Thomasii Perensteter, utile dominium et melioramenta unius petiae terrae. Ex rogitis Calavinianis.

456. Anno 1494 die 3 septembris egregii viri domini Iacobus a Prato, et Ioannes Antonius quondam ser Hieremiae Ponae cives et habitatores Tridenti, tanquam tutores filiorum quondam ser Giroldi a Prato emerunt unum affictum a ser Riprando Cibichino. Ex rogitis Nicolai AProvinii.

457. Anno 1511 die 24 aprilis spectabilis et praestans vir dominus Ioannes Antonius Pona quondam ser Hieremiae Ponae civis Tridenti camerlengus Veronae pro caesarea maiestate, vendidit spectabili viro domino Ioanni Baptistae de Prato quondam ser Giroldi de Prato, nepoti suo, unum affictum. Ex rogitis Nicolai AProvinii.

458. Anno 1522 die prima decembris domini consules donaverunt locum saxosum etc. domino Hieremiae filio nobilis domini Ioannis Antonii Ponae civis Trdenti pro cura ab eo habita in aptatione viae, quae ducit a molendinis sancti Francisci versus Cognolam, eo intuitu etiam quia dictus Hieremias Pona exposuerit de propriis pecuniis decem libras. Ex rogitis Calavinianis.

¹⁰⁷ Forsan pro *Traus* legendum de *Aregio*, ex num. 455.

459. Anno 1529 die 19 iulii Bernardus episcopus tridentinus ad refutationem Calapini, et Odorici fratrum de Calapinis, investivit de quadam decima in pertinentiis villae Covali districtus tridentinae civitatis, Ioannem Antonium et Ioannem Iacobum Ponas fratres. Ex Collect. Clesiana diplomat.

460. Anno 1568 die 10 iulii contractum fuit matrimonium inter nobilem et discretum iuvenem dominum Christophorum Hieremiam civem et habitorem Tridenti et honestam et pudicam iuvenem dominam Caeciliam filiam egregii domini Andrigeti de Gaudento civis et habitatoris Tridenti.

461. Anno 1579 die quinta septembris egregius dominus Petrus Castellus de Trilaco notarius, et civis Tridenti, uti cessionarius nobilis et magnifici domini Iohannis Antonii Hieremiae de Montfort de Avisio etc, vendidit Iohanni quondam Iacobi de Faesis dicto Pizol de Fravezio, unum casale discopertum cum pauco horto etc. Ex rogitis Calavinianis.

462. Anno 1608 Giovanni Antonio Pona de Geremii subscripsit epistolae suae scriptae Tridenti ad Ioannem Gaudentium de Gaudento studiosum Paduae. Servatur in Archivo Gaudento.

463. Anno 1499 die 4 martii Marcellus filius Andrani Malfatti de Murio testis Tridenti cuiusdam emptionis factae per magnificum dominum Iacobum Calapinum a nobili et spectabili domino Iacobo de Roccabruna. Ex rogitis Nicolai filii quondam Arovini de Arovini notarii, et civis Tridenti.

464. Anno 1499 die 4 aprilis Marcellus filius Anderlini Malfatti de Murio testis instrumenti investiturae per magnificum dominum Iacobum Calepinum Gaspari quondam Gasparis de Caneza de Vigalzano. Ex itatis rogitis.

465. Anno 1504 die 7 februarii magister Clemens filius Fedrigoni de Malfatis de Murio calceator habitator Tridenti testis in testamento Petri a Caligis et in aliis pluribus instrumentis dicti notarii.

466. Anno 1505 die 16 februarii magister Clemens filius Federici de Malfatis de Murio calceator habitator Tridenti testis in emptione facta per Vigilium Marcolini de Clusolis ab Antonio a Cavada. Ex citatis rogitis.

467. Anno 1511 die undecima ianuarii magister Clemens quondam Federici de Malfatis de Murio calceator civis et habitator Tridenti testis in quadam investitura per ser Iacobum a Roveredo concessa Simoni a Dosso. Ex citatis rogitis.

468. Anno 1514 die 4 Ianuarii magister Clemens quondam Federici de Malfatis de Murio civis et habitator Tridenti testis dationis in solutum factae per donnam Mariam de Scledo ser Gabrieli quondam Federici de Cerris. Ex citatis rogitis Arovinianis.

469. Anno 1497 die 24 decembris Laurentius quondam Christophori Sicii de Gandino testis in quadam emptione facta per haeredes ser Girolodi a Prato. Ex citatis rogitis.

470. Anno 1516 die 19 aprilis magister Laurentius et Antonius eius frater quondam Christophori Sici de Gandino cives, et habitatores Tridenti testes emptionis factae per dominum Marcum Antonium filium quondam Marci Rozoni de Trivilio. Ex citatis rogitis.

471. Anno 1491 die 21 novmbris Dominicus quondam Bernardelli de Roveredo plebis Civezani dedit in solutum dominis Iacobo a Prato, et Iohanni Antonio Ponae tutoribus filiorum

quondam ser Girolodi a Prato, omne ius utile, ac melioramentum etc. Ex rogitis Nicolai de Aroviniis.

472. Anno 1491 die 21 novembris Dominicus Bernardelli de Roveredo plebis Civezani a praedictis tutoribus investitus fuit de uno mansu posito in pertinentiis Rovereti praedicti. Ex citatis rogitis.

473. Anno 1497 die 21 novembris Dominicus quondam Bernardelli de Roveredo plebis Civezani haeredibus quondam ser Girolodi a Prato vendidit omne suum ius, utile dominium et melioramentum, quod habet in uno casali cum curtivo, et fonte in eo existente, ac aliis etc. Ex citatis rogitis. De iisdem statim fuit investitus.

474. Anno 1515 die 22 decembris Ioannes et Bernardellus filii quondam Dominici Bernardelli de villa Roveredi plebis Civizani vendiderunt Ioanni Baptisate dicto Secot de Roveredo praedicto diversa bona, quae quondam Dominicus Bernardelli habuerat in emphiteusim ab haeredibus quondam ser Girolodi stationerii a Prato. Ex citatis Arovinianis.

475. Anno 1498 die 16 februarii Odoricus quondam Stephani de Ferrarolis de Clesio dictus Turchus, est testis cuidam locationi expeditae Stephano de Chesis de Fruzio vallis Annaniae a domino doctore Concino. Ex citatis rogitis Arovinianis.

476. Anno 1498 16 februarii Odoricus quondam Stephani de Ferrarolis de Clesio dictus Turchus, habitator Tridenti, testis in venditione cuiusdam stabuli secuta inter praedictas partes. Ex citatis rogitis Arovinianis.

477. Anno 1498 die 16 febrarii Odoricus quondam Stephani de Ferrarolis de Clesio dictus Turchus, hospes et habitator Tridenti, occurrit testis in alia locatione concessa praedicto Stephano de Chesis a domino doctore Conrado Concini capitaneo castris Sylvae. Ex citatis rogitis Arovinianis.

478. Anno 1504 die 4 novembris Mathaeus quondam Gotardi ab Aquila civis et habitator Tridenti testis in testamento cuiusdam Christele Colman Alemani. Ex rogitis citatis Nicolai Arovini.

479. Anno 1505 die 21 februarii Federicus dilius Mathaei Bergamaschi est testis cuiusdam investiturae concessae per Ioannem de Neuhaus canonicum tridentinum. Ex citatis rogitis Arovinianis.

480. Anno 1501 die prima octobris Cancianus et Silvester filii Andreae de Ponte de Serravalle districtus Tervisii cives et habitatores Tridenti vendiderunt ser Stephano quondam Laurentii Chazuffi, et eius fratribus Thonmae, ac Iuliano unum etc. Ex citatis rogitis Nicolai Arovini.

481. Anno 1513 die 20 ianuarii ser Antonius a Ponte de Vigulo notarius uti testis occurrit in transactione secuta inter haeredes quondam Georgii de Vigulo, et Bartholomaeum de Ferrariis cives Tridenti. Ex citatis rogitis Arovinianis. In aliis scripturis illud *Cancianus de Ponte de Serravalle* reperitur emendatum per hoc *de Porto de Serravalle*.

482. Anno 1591 die 21 februarii magister Dominicus notarius filius quondam Coradini Salvat de Vigulo Basilicae abitor Tridenti. Ex Libro matrimoniorum ecclesiae cathedralis tridentinae.

Anno 1619 die 26 iulii dominus Bartholomaeus dell'Ava scutellarius Tridenti franchitavit magnificum dominum Petrum Ropele etc. Ex rogitis Antonii Bernardelli.

Anno 1632 die 12 novembris Petrus Gramola furnarius Tridenti acquisivit furnum cum thalamo, et teza in Contrata s. Mariae Magdalенаe Tridenti. Ex rogitis Turcati. Videsis To. I Variarum inscriptionum 902.

Anno 1637 die 27 aprilis illustris et clarissimus dominus Ioannes Angelus Castellius episcopatus Comi ducatus mediolanensis Praetor Tridenti. Ex rogitis Turcati.

Anno 1652 die 18 ianuarii Christophorus de Bernardis dictus il Zetta. Ex rogitis Patricii Turcati.

Anno 1656 die 7 februarii ser Franciscus de Mozzattis de Sardanea, incola Burgi Levici, cuius uxor anno 1609 die 26 iunii Ioanna filia Leonardi Bochini de Paho. Ex rogitis Turcati.

Nota. Hactenus descripta a num. 436 collegit, et mihi perhumaniter, ultroque communicavit nobilis dominus Iosephus Franciscus de Castello Trilaci civis, notarius et habitator Tridenti hoc anno 1791.

483. Anno 1705 die 1 martii Gaudenzo quondam Romedio Voltolino facchin in Trento testis, in rogitis Antonii Ceschini, notante laudato domino Iosepho de Castello.

484. Ann 1563 die veneris 12 novembris Tridenti in castro Boni Consilii in cancellaria, coram illustribus, reverendis, et magnificis dominis locumtenentibus, videlicet illustri domino Pangratio (*supple Khuen de Belasio*) capitaneo, domino Carolo Grotta cancellario, reverendo domino Francisco Alexandrino, domino Francisco Particella, domino Francisco Luchino, domino Bolfo, domino Sforzia Costa, domino Francisco Betta, et domino Sench, consiliariis, hora audientiae, et audientiam praestantibus etc. Monumentum est in archivo civico Tridenti teste mihi ill.mo barone de Gaudento eiusdem praefecto, et custode hac die 5 novembris 1791.

485. Anno 1440 die 12 iulii Concilium basileense scripsit sequentem epistolam. *Foris*: Carissimo Ecclesiae Filio Frederico Regi Romanorum illustri. *Intus*: Sacrosancta generalis Synodus basiliensis in Spiritu Sancto legitime congregata universalem ecclesiam repraesentans, carissimo ecclesiae filio Friderico regi Romanorum illustri salutem, et Omnipotentis Dei benedictionem. Mittimus ad tuam sublimitatem venerabilem Alexandrum patriarcham aquilegiensem, commendatarium ecclesiae tridentinae, nostrum et sanctissimi domini Felicis quinti in Romanum Pontificem electi legatum pro nonnullis magnis, et arduis negotiis statum universalis ecclesiae praefati domini electi, et etiam tuum, et tuorum dominiorum commodum et pacem concernentibus. Quare hortamur te, ut eidem in dicendis nostro nomine plenam fidem praestes, eumque sic votive expedias, ut intelligant omnes, te ad commune bonum totius christianae religionis non solum inclinatum, sed ardentem et ut catholicum decet principem, toto desiderio affectum. Nosque exinde pro tuis meritis excellentiam tuam dietim peramplius honoremus. Datae Basileae iij idus iulii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Ja. de Lerveriis

Nota. In Bulla plumbea ex una parte lectum: Sacrosancta Generalis sinodus Basiliensis. In altera parte visa figura Spiritus Sancti supra Patres Concilii. Vetustum autem exemplum huiusmodi epistolae ostendit mihi hac die 30 decembris 1791 saepe laudatus nobilis dominus Iosephus de Castello Trilaci.

486. Anno 1577 scripta fuit sequens charta. In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis eiusdem mellesimo quingentesimo septuagesimo septimo, indictione quinta, die martis primo mensis octobris, in civitate Tridenti, in studio domus, et habitationis mei notarii infrascripti. Praesentibus ibidem Ioanne Petro filio filio quondam Nicolai Tesinerii a Furnis territorii vicentini, Sebastiano quondam alterius Sebastiani Camerae de Rocio dicti territorii¹⁰⁸, Petro Antonio quondam Christophori Erasmi vellutarii, et Ioanne quondam Bartholomaei Thoresanelli de Ravina sartore ambobus his habitatoribus Tridenti, testibus ad infrascripta omnia et singula

¹⁰⁸ Rocium, *Rozzo*, est pagus septem Communium vicentinarum 28 P. M. a Vicentia dissitus.

vocatis et rogatis. Ibiq̄ue personaliter constitutus dominus Federicus dictus ab Aquila filius domini Hieronymi de Romanis de Viadana¹⁰⁹ haeres, et dicto nomine ut dixit quondam rev. di domini presbyteri Matthaevi Guarengi dicti ab Aquila olim Beneficiati in ecclesia cathedrali sancti Vigili Tridenti, filii quondam domini Simonis Guarengi dicti ab Aquila olim civis Tridenti, et dicti etiam quondam domini Simonis, ut ex eorum institutionibus dixit apparere: scilicet ex illa dicti domini Simonis testamento suo rogato per egregium dominum Nicodemum del Vicari olim notarium Tridenti, et ex illa dicti reverendi domini presbyteri Matthaevi ex suo testamento relevato in actis egregii domini Ioannis Malpheri notarii Tridenti de anno praesenti, et prout etc. per se, suosque haeredes titulo locationis et renovationis investiturae pro parte renovandae in capite cuiuslibet decini noni anni in hac eadem serie secundum usum et consuetudinem locationum perpetualium domorum mercati veteris Tridenti, et pacta in eis apponi consueta, et infrascripta, per tactum manus, ac pro una libra piperis integri, quam pro intratica, et nomine intraticae praesentis investiturae fuit confessus, et contentus habuisse et recepisse, exceptioni non habitae et non receptae dictae librae pipris, et omni alii suo iuri et legum omnium auxilio omnino renuncians, investivit Nicolaum quondam alterius Nicolai Bertoti de Ultra Castello Pahi diocesis tridentinae ibidem praesentem, pro se suisque haeredibus et hanc locationem, et renovationem sibi fieri petentem, ac recipientem, de infrascriptis locis, videlicet Primo de una petia terrae arativae, et vineatae quantitatis trium quartorum unius plodii, sive stariorum trium, vel circa seminis, sita in pertinentiis Panthei Pahi suprascripti, in loco dicto *Sommariva*, infra suos confines, videlicet versus mane apud Gasparem Toni negro, versus meridiem apud viam consortalem, versus sero apud dominos Iacobum, et Franciscum fratres de Mozzatis de Sardanea mercatores Tridenti, versus septentrionem apud legum doctorem dominum Albertum Cibichinum civem Tridenti. Item de alia petia terrae arativae, et vineatae quantitatis trium quartorum unius plodii, seu stariorum trium, vel circa seminis, sita in dictis pertinentiis, in loco dicto *alle Giare*, versus mane apud Salvatorem quondam Pauli de Baptistis, versus meridiem dominum Hieronymum Ticinum, sero haeredes quondam Ioannis Toni negro, septentrionem viam communem. Ite de alia petia terrae arativae, et vineatae quantitatis stariorum duorum vel circa seminis, sita in dictis pertinentiis, in loco dicto *al Fossadazzo*, versus mane et septentrionem apud viam communem, versus meridiem apud Iacobum Toni negro, sero apud donam Marentianam relictam quondam magistri Iorii de Doris olim sutoris Tridenti. Item de uno horto sito in dicta villa de Ultra Castello versus mane apud Iacobum Toni negro, versus meridiem haeredes quondam Augustini Tomboloni, versus sero Franciscum Bertorum, septentrionem apud viam consortalem. Item de alia petia terrae arativae, quantitatis stariorum quinque, vel circa seminis, sita in pertinentiis dicti Ultra Castelli, in loco *al Coval*, versus mane, et meridiem apud viam consortalem, versus sero apud Franciscum Gerlam, septentrionem apud commune. Item de uno prato quantitatis quartorum trium unius plodii, vel circa, sito in pertinentiis Tridenti, in loco *all'Ades Mort Campi Trentini*, a duobus lateribus apud dominum Matthaevum dictum Matthé Gallassium, ab alio, videlicet versus sero apud viam communem, et ab alio N. et forte dictis rebus ut supra locatis, et cuilibet earum alii sunt plures, et veriores confines. Declarans etiam ipse locator dictas petias terrarum *al Fossado*, sive *Fossadazzo*, et illam *al Coval*, et hortum praemissum fuisse pro devolutione evictas, et de illis positus in possessione (sic) dictus quondam reverendus dominus presbyter Matthaevus, ut ex instrumentis rogatis per me notarium apparet, uno sub anno 1573, et alio sub dictomet anno editis, dicto quondam rev. do domino presbytero Matthaeo uno saltem, et alio dicto domino Federico, et ex causis, ut in actis meis apparet, fuisse pro devolutione receptas, et ita pro reintegratione investiturae veteris dicta tria loca subrogasse, et investisse eundem Nicolaum, et de illis aliis renovasse locationem veterem pro solutione infrascripti affectus, et livelli. Ad habendum, tenendum, et possidendum, et quicquid dicto Nicolao conductori, suisque haeredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis, quae infra praedictos continentur confines, vel alios, si qui forent veriores: cum accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, et communem: et cum omnibus et singulis quae dictae res locatae, et quaelibet

¹⁰⁹ Vitellianum, *Viadana*, oppidum ducatus mantuani, teste Ph. Ferrario in Lexico.

earum, habet, et habebunt super se, supra, intra, seu infra se in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione etc. etc. Et quia ipse conductor fuit, et est in possessione dictarum rerum et locorum, scilicet positarum a *Somma riva, alle Giare, et Prati all'Ades Mort*, tam multo tempore, eundem in dicta possessione confirmavit: respectu vero aliarum *al Fossà, sive Fossadazzo, et al Coval*, et horti praemissorum, illas res seu loca idem locator se vice, et nomine dicti Nicolai conductoris tenere, et possidere constituit donec et quo usque illarum rerum possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua propria auctoritate, et retinendi deinceps, eidem licentiam omnimodam contulit, atque dedit. Promittensque idem dominus Federicus locator etc. etc. Et hoc fecit idem locator, quia idem Nicolaus conductor promisit, et convenit per se, suosque haeredes sine aliqua exceptione iuris, vel facti, eidem domino Federico locatori stipulanti etc. omni anno dare brentas quattuor cum dimidia vini albi dulcis, boni, puri, et boni odoris et saporis, necnon libras triginta denariorum maranensium nomine affictus perpetui dictarum rerum locatarum. Cum pactis et conditionibus infrascriptis etc. etc.

L.+S. Ego Thomas filius providi viri Matthaei Benassuti civis et habitator Tridenti, publicus imperiali auctoritate notarius, quia praemissis interfui, et ea rogatus in notam asumpsi, et publicavi: ideo hoc praesens instrumentum aliena manu, aliis tunc me praepedito negotiis, ex originali meo fideliter sumptum, et facta auscultatione concordare inventum subscripsi cum signo nomineque meis solitis requisitus.

Nota. Integram membranam mihi tribuit describendam die 8 ianuarii 1792 saepe laudatus dominus Iosephus de Castello Trilaci, ad quem spectat. Quoad testem Thoresanellum addo, quod anno 1570 vixit Bortolamé Toresanel dito de la Mad.na figlio di Maté de Margon. Anno 1549 Ioannes Torresanus de Ravina. Anno 1664 Simon Torresanellus de Ravina, incola Stenici. Anno 1499 Bartholomaeus et Antonius fratres filii quondam Matthaei de Margono habitatores in Ravina. Iacobus et Simon eorum fratres habitatores in Ravina. Omnes cognominati de Margono, et Margoni. Anno 1518 Antonius quondam Mathaei de Margono testis Tridenti. Anno 1504 Symon Margoni de Ravina. Anno 1591 facti sunt cives Tridenti misser Simon Margon, et Antonio suo fratello da Ravina. Anno 1522 Toresanus de Ravina. Anno 1470 Mathaeus de margono.

Termini divisori
del Monte di Arrano
fissati l'anno 1587

Exemplum ex authentico relevatum anno 1802.

In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, indictione decima quinta, die vero dominico tertio mensis maii, in villa Vezani districtus Tridenti, in stuba domus haeredum ser Iacobi Fruzerii. Praesentibus rev.do domino presbytero Ioseph de Notariis de Trilaco, Dominico etc. etc.

Ibique personaliter convenerunt in unum regulariter congregati infrascripti homines infrascriptarum villarum, et primo ex villa Vezani etc. etc.

Qui homines de praenominatis villis congregati, ut dixerunt, regulariter more solito, dicentes, et re vera affirmantes, eos esse de tribus partibus ultra duas partes, et etiam habuisse vota ab absentibus infrascripta peragendi, et pro quibus absentibus omnes ipsarum villarum separatim promiserunt in propriis eorum bonis de rato, et ratihabitione omnium in praesenti instrumento contentorum, sub poenis et obligationibus infrascriptis in forma etc. et exposuerunt, quod cum inter ipsas communitates orta esset et sit lis, et differentia occasione querelarum datarum per illos de Vezano contra illos de Vigulo, et Basilica, occasione incisionis factae per illos de Vigulo, et Basilica in pratis divisus illorum de Vezano, ultra terminos, et sic super illis et terminis dividendis inter ipsas communitates litigatum fuit, ut apparet in processu rogato per me notarium infrascriptum, et desuper lata fuit sententia per magnificum utriusque iuris doctorem dominum Albertum de Albertis ill.mi et rev.mi domini cardinalis et principis etc. massarium in favorem ipsorum de Vezano, a qua sententia per illos de Vigulo, et Basilica fuit

appellatum: et hoc etiam causa, et occasione communium, et terminorum dividendum Montem Arrani inter ipsas partes de quo in instrumento antiquo, seu et sententia lata de anno 1336, sub die quinta augusti, rogato per egregium dominum Franciscum de Marcadantis, etiam in processu producto notarium, volentes partes ipsae amicablem dictas earum differentias diffinire, et terminare absque ulteriori litigio (sic) et facta prius per eos Regula publica ad diffiniendum earum differentias, laudandum, vel removendum terminos, vel et si opus fuerit alios terminos divisorios figendum, communi concordio ad praedicta exequendum ex parte illorum de Vezano, et Padergnono fuit electus Petrus quondam Galeazii Faiesii de Fravezio, et ex parte illorum de Vigulo, et Basilica fuit electus Franciscus de Lasino de Trilaco. Qui homines dictarum communitatum mutuo consensu et voluntate accesserunt in dicto Monte, et cum pervenerint in loco dicto il *Dos de Castion* reperierunt in cingulo duas cruces sculptas in eo: qui homines laudaverunt dictum terminum pro vero et legitimo, et dictas cruces renovarunt, laudando et ratificando, eum esse primum terminum dividendum inter ipsas communitates. Qui terminus vadit, seu et designat, per summitatem dicti Dossi, et terit, seu trahit supra pratum Culoni apud viam versus mane, quod pratum Culoni nunc possidetur per Melchiorem Carpelam, ibi in cingulo supra dictum pratum Culoni fecerunt duas cruces novas sculptas in dicto cingulo, quae cruces designant esse verum, et legitimum terminum ut supra dividendum, et pro secundo termino laudarunt. A quo termino descendendo ad pratum de *Mirabel*, quod nunc possidetur per Valentinum de Simonis de Vezano, et ibi in cingulo invenerunt duas cruces signatas loco termini, videlicet pro termino, et dictas cruces laudarunt, et approbarunt et ratificarunt esse verum, et iustum terminum, quas renovarunt pro tertio termino, et descendendo a dicto termino supra vallem Straveli in prato suprascripto, quod possidetur per dictum Valentinum Simonis in summitate cinguli fecerunt duas cruces novas pro termino, et nomine termini dividendum, quas et quem laudarunt et approbarunt pro vero et legitimo quarto termino: a quo termino descendendo recto tramite ultra vallem ad pratum a Capris de Melli de Ciago, quod possidetur ab haeredibus quondam Leonardi a Garbaria de Vezano, in quo prato extat saxus griseus magnus, in quo sunt duae cruces sculptae. Quas cruces pariter renovarunt, et approbarunt pro vero et legitimo quinto termino: et descendendo versus pratum domini Iordani de Vezano, quod nunc possidetur a Ioanne Antonio Reverso de Vezano, in capite cuius prati subtus viam invenerunt saxum album magnum signatum duabus crucibus, quas cruces renovarunt et laudarunt, et approbarunt pro sexto termino vero et legitimo dividendo inter dictas communitates: alios vero terminos descriptos in praenominato instrumento, seu et sententia antiqua 1336 laudarunt, et approbarunt esse veros et legitimos terminos dividendum inter dictas communitates. Praeterea praedicti homines annullarunt, et acassarunt (sic) duos terminos, unum contra terminos versus Bondonum, et alium terminum ultra terminos praedictos versus Vezanum, qui termini, seu lapides debent evelli et frangi.

Ulterius dictae partes laudaverunt et approbarunt praenominatos terminos tam antiquos, quam novos factos, et similiter dictum instrumentum, seu sententiae antiquum supra nominatum, in reliquis omnibus in eo contentis, et similiter sententiam latam per praenominatum magnificentum dominum massarium, et similiter reservarunt omnia eorum iura. Quas confinementes terminorum, approbationes, et renovationes, ac revocationes ac omnia, et singula suprascripta, factas, et facta per praenominatos electos, et ab ipsis partibus confirmatos, laudatos, et approbatos, praedicti homines per se, et eorum successores in eorum communitatibus, solemniter stipulatione interveniente, promiserunt firmas, et firma, ratas, et rata, ac grata perpetuo habere, et tenere, observare, et adimplere et non contradicere per se, vel alios aliqua ratione, causa, vel ingenio, de iure, vel facto, sub poena marcarum quinquaginta fisco pro medietate applicanda, pro quo ego notarius infrascriptus, uti publica persona, stipulanti, et recipienti: et pro alia medietate parti praemissae observanti, et refectionis omnium damnorum, expensarum, et interesse litis, et extra solemniter promissa et stipulata: quibus solutis, et refectionis, vel non; tamen praemissa omnia sic firma maneat, et perpetuo observentur, obligantes per se, et successores in dictis communitatibus solemniter stipulatione interveniente pro praemissorum observatione omnia eorum bona, et dictarum communitatum praesentia et futura etc.

Ego Ioannes Gulielmus Callavinus notarius, et civis Tridenti praemissis omnibus praesens fui, et rogatus scripsi, et publicavi etc.

L.+S. Ego Franciscus iuris utriusque doctor, et imperiali auctoritate notarius, filius excellentis iuris utriusque doctoris domini Ioannis Baptistae Callavini civis Tridenti, relevator deputatus rogationum quondam spectabilis domini Ioannis Gulielmi Callavini notarii et civis Tridenti, per magnificum, et clarissimum dominum Sempronium Schachinum doctorem parmensem et Tridenti Praetorem, ut in rogitis spectabilis domini Ioannis de Malpheris notarii, praesens instrumentum manu aliena fideliter ex suo originali descriptum, et cum eo concordans inventum subscripsi, et signum meum solitum apposui.

Sommario

Da questo instrumento scritto in Vezzano li tre di maggio dell'anno 1587 si ricava che in tal anno furono fissati sei termini nel monte de Arrano per dividere le comunità di Vezzano e di Padergnone, da quelle di Vigolo e di Baselga.

Il primo termine si dice posto nel cingolo del Dosso di Castione.

Il secondo nel cingolo sopra il prato del Culon presso la strada verso mattina.

Il terzo nel cingolo del prato di Mirabel.

Il quarto nella cima del cingolo nel detto prato sopra la valle di Stravello.

Il quinto al prato delle Capre, dove sta un Sasso griso grande.

Il sesto al capo del prato del signor Giordano di Vezzano, dove giace un Sasso bianco grande sotto alla strada.

Nota. Exemplum huius libelli dedi die dominico 4 iulii 1802 duobus viculanis a communitate illa missis, quorum unus est Tonina cognomento. Membrana in principio est admodum maculata, et quoad multa nomina illegibilis.

Anno 1489 Tridenti . Nicolaus quondam ser Tremeni Perotii civis, et habitator Tridenti, Salvator quondam Petri de Ducatis de Bosentino habitator dictae villae. Blasius quondam Iohannis de Mugazono habitator dictae villae. Dominicus filius Bernardelli de Roveredo habitator dictae villae plebis Civezani districtus Tridenti. Discretus vir Gratiadeus quondam Sponi macellatoris Frataliae laboratorum hospitalis ecclesiae s. Petri de Tridento.

Anno 1484 indictione 2 Tridenti venerabilis vir dominus presbyter Antonius quondam ser Gratiadei de Flavono vallis Annaniae diocesis Tridenti. Magister Florianus a Stanbechinis quondam Andreae Floriani de Burgo s. Martini de Tridento. Christophorus quondam Antonii de Besagnis de Calavino habitator in dicto Burgo s. Martini. Matthaeus et Iacobus fratres quondam magistri Andreae cerdonis de Allemania cives, et habitatores Tridenti haeredes quondam magistri Donati Umferdorm cerdonis de Allemania olim civis et habitatoris Tridenti.